


VILSECKER'S
CHORAL-WERKE.

Erste Lieferung:

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Dritte Auflage.

AUCTORITATE REVERENDISSIMI DOMINI DOMINI HENRICI,
EPISCOPI PASSAVIENSIS.

LANDISHUTI 1855.
J. G. Wölfle.
LIBRARIA UNIVERSITATIS KRÜLLIANA.
VIENNAE: FR. WIMMER.

OFFICIUM DEFUNCTORUM

JUXTA USUM ECCLESIÆ ROMANÆ.


Genau verfasst

nach dem römischen Directorium

von

Franz Joseph Nifsecker,

Cantor in der Cathedrale und Chorallehrer im Bischöflichen Clerical-Seminar zu Passau.



Dritte Auflage.

AUCTORITATE REVERENDISSIMI DOMINI DOMINI HENRICI, EPISCOPI PASSAVIENSIS.


LANDISHUTI 1855.

J. G. Wölfle.

LIBRARIA UNIVERSITATIS KRÜLLIANA.

VIENNAE: FR. WIMMER.

Gedruckt bei F. W. Keppler in Passau.




ORDO SEPELIENDI ADULTOS.

Constituto tempore, quo corpus ad Coemeterium deferendum est, convocetur Clerus et alii, qui funeri interesse debent, et in Parochialem, vel in aliam Ecclesiam, juxta loci consuetudinem, conveniant; ac datis certis campanae signis, eo modo et ritu, quo in eo loco fieri solet, Sacerdos indutus superpelliceo, et stola nigra, vel etiam pluviali ejusdem coloris, ministro praeferente Crucem, et alio aquam benedictam et thuribulum, procedat de Ecclesia ad locum, ubi jacet corpus defuncti; ibique funus aqua benedicta aspergat: deinde cantet:




℟. Oremus pro fide-li defuncto N / defuncta N

et Chorus seu Cantores respondent cantantes in tono eodem:



Requiem aeternam dona e-i Domine, et lux perpetua



℣. luceat e-i

Deinde sequens Antiphona cum Psalmo 129 cantatur voce alternante a Sacerdote et Choro vel Cantoribus, intonante Sacerdote Antiphonam et Psalmum.

VII. Ton. 1. Ausgang.



Ant. Si iniquitates. *Ps.* De profundis clamavi ad te Domine: *



Domine exaudi vocem meam.*)

Fiant aures tuæ *in*tendentes, * in vocem deprecati*o*nis meæ.

Si iniquitates obser*va*veris Domine. * Domine quis *sus*tinebit?

Quia apud te propiti*a*tio est: * et propter legem tuam sustinu*i* te Domine.

Sustinuit anima mea in *ver*bo ejus: * speravit anima me*a* in Domino.

A custodia matutina *us*que ad noctem * speret Isra*el* in Domino.

Quia apud Dominum mi*se*ricordia * et copiosa apud e*um* redemptio.


Et ipse *re*dimet Israel * ex omnibus iniqui*ta*tibus ejus.

Requiem æternam dona *e*i Domine: * et lux perpetua *lu*ceat ei.

Deinde cantatur (a Sacerdote vel Cantoribus) tota Antiphona:



Ant. Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit



℣. Kyri-e e-le-i-son. ℟. Christe e-le-ison ℣. Kyrie e-le-ison.



Pater noster. *Secreto.* ℣. Et ne nos inducas in tentati-onem.

---

*) Bei den Psalmen sind diejenigen Sylben, auf welche der erste höhere oder tiefere Ton gesungen werden soll, mit einer ausgezeichneten (Cursiv) Schrift gedruckt.

℟. Sed libera nos a malo ℣. A porta inferi ℟. Erue Domine

a-nimam ejus ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine

exaudi o-rati-onem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum ℟. Et cum spiritu tu-o.

Oremus. Absolve, quæsumus Domine, animam famuli tui N. (aut famulæ tuæ N.) ut defunctus (defuncta) sæculo tibi vivat: et quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis

absterge. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona e-i Domine. ℟. Et lux perpetua

luceat e-i. ℣. Requiescat in pa-ce. ℟. Amen.

Deinde aspergatur funus aqua benedicta dicendo:

Rore cœlesti perfundat animam tuam Deus Pater ✝, et Filius, et Spiritus sanctus. Amen.

Tunc etiam thurificari potest dicendo:

Odore cœlesti pascat animam tuam Deus.

Dein Sacerdos de domo procedens, statim gravi voce intonat sequentem Antiphonam **Exultabunt** etc.: deinde Processio ad Cœmeterium fiat hoc ordine: Præcedunt laicæ

Confraternitates, si adsint; sequitur Clerus regularis et sæcularis per ordinem, binique procedunt, prælata Cruce, devote Psalmos, ut infra, decantantes, Sacerdos præcedente feretrum; denique sequuntur alii funus comitantes, et pro defuncto Deum rite deprecantes:

I. Ton. I Ausg.



Et secundum multitudinem miseratio*num* tuarum * dele iniqui*ta*tem meam.

Amplius lava me ab iniqui*ta*te mea: * et a peccato *meo* munda me.

Quoniam iniquitatem meam e*go* cognosco: * et peccatum meum contra *me* est semper.

Tibi soli peccavi, et malum co*ram* te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum *ju*dicaris.

Ecce enim in iniquitati*bus* conceptus sum: * et in peccatis concepit me *ma*ter mea.

Ecce enim veritatem *di*lexisti: * incerta et occulta sapientiæ tuæ manifes*tas*ti mihi.

Asperges me hyssopo, *et* mundabor; * lavabis me, et super nivem *de*albabor.

Auditui meo dabis gaudium *et* lætitiam: * et exultabunt ossa hu*mi*liata.

Averte faciem tuam a pec*ca*tis meis: * et omnes iniquitates *me*as dele.

Cor mundum crea *in* me Deus: * et spiritum rectum innova in vis*ce*ribus meis.

Ne projicias me a *fa*cie tua: * et spiritum sanctum tuum ne *au*feras a me.

Redde mihi lætitiam salu*ta*ris tui: * et spiritu princi-*pa*li confirma me.

Docebo iniquos *vias* tuas; * et impii ad te *con*vertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus sa*lu*tis meæ; * et exultabit lingua mea jus*ti*tiam tuam.

Domine, labia me*a* aperies: * et os meum annuntiabit *lau*dem tuam.

Quoniam, si voluisses sacrificium, de*dis*sem utique: * holocaustis non *de*lectaberis.


Sacrificium Deo spiritus con*tri*bulatus: * cor contritum et humiliatum Deus *non* despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate *tu*a Sion: * ut ædificentur *mu*ri Jerusalem.


Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes et *ho*-locausta: * tunc imponent super altare *tu*um vitulos.

Requiem æternam dona *e*i Domine: * et lux perpetua *lu*ceat ei.


Finito Psalmo Chorus seu Cantor cantat totam Antiphonam:




Hoc Responsorium dum Sacerdos ad ingressum in Cœmeterium orat, Cantores idem cantare possunt.











Dum interea cum funere ad sepulchrum accedant, Sacerdos dicat sequentem Antiphonam, Cantores autem idem cantant:



Deinde Sacerdos sepulchrum benedicit, dicens hanc Orationem:

Oremus. Deus, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, hunc tumulum † benedicere dignare, eique Angelum tuum sanctum deputa custodem, et quorum quarumque corpora heic sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolve vinculis delictorum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Dicta oratione aspergit sepulchrum dicens:

Sanctificetur istud sepulchrum in Nomine Patris ✝, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Gesegnet sey diese Ruhestätte im Namen des Vaters †, des Sohnes, und des heiligen Geistes. ℟. Amen.

Tunc funus ponatur in sepulchro, dicente sacerdote:

Sume terra, quod tuum est; sumat Deus, quod suum est: corpus de terra formatum est, spiritus desursum inspiratus est.

Aspergatur postea funus aqua benedicta, et dicatur:

Rore cœlesti reficiat animam tuam Deus Pater †, et Filius, et Spiritus sanctus. ℟. Amen.

Mit himmlischem Thaue erquicke deine Seele Gott der Vater †, der Sohn und der heilige Geist. ℟. Amen.

Et thurificetur, dicendo:

Odore cœlesti pascat animam tuam Deus Pater †, et Filius, et Spiritus sanctus. ℟. Amen.

Mit himmlischem Wohlgeruche weide deine Seele Gott der Vater †, der Sohn und der heilige Geist. ℟. Amen.


Deinde Sacerdos pala ter superinjiciat terram super funus, dicendo:

Memento homo, quia pulvis es, et in pulverem reverteris.


Gedenk, o Mensch! daß du Staub bist, und wieder zum Staube zurückkehren wirst.

Et statim Sacerdos et Chorus seu Cantores voce alternante cantant Canticum Benedictus, intonante Sacerdote Antiphonam et Canticum:


II. Ton.




Ant. E-go sum. *Cant.* Benedictus Dominus Deus Isra*el*: *



quia visi-tavit, et fecit redempti-onem ple*bis* suæ.





Sicut locutus est per os sanc*to*rum, * qui a sæculo sunt, Propheta*rum* ejus.

Salutem ex inimicis *nos*tris, * et de manu omnium, qui o*de*runt nos.

Ad faciendam misericordiam cum Patribus *nos*tris: * et memorari testamenti su*i* sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham, patrem *nos*trum,* daturum *se* nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum libe*ra*ti, * servi*amus* illi.

In sanctitate et justitia coram *ip*so,* omnibus die*bus* nostris.

Et tu puer propheta Altissimi vo*ca*beris: * præibis enim ante faciem Domini, parare vi*as* ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi *e*jus: * in remissionem peccatorum *e*orum.

Per viscera misericordiæ Dei *nos*tri: * in quibus visitavit nos oriens *ex* alto.

Illuminare his, qui in tenebris et in umbra mortis *se*dent; * ad dirigendos pedes nostros in vi*am* pacis.


Requiem æternam dona ei *Do*mine, * et lux perpetua luce*at* ei.







Postea sacerdos dicit:



℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requiescat in pace.
℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Fac, quæsumus Domine, hanc cum servo tuo defuncto (famula tua defuncta) N. misericordiam, ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, qui (quæ) tuam in votis tenuit voluntatem: ut sicut heic eum (eam) vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eum (eam) tua miseratio societ angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requiescat in pace.
℟. Amen.
℣. Anima ejus, et animæ omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos lignea cruce sepulchrum signat dicens:

Signum Salvatoris Domini nostri Jesu Christi sit signatum super te, qui in hac † imagine redemit te.

Et infigens crucem in capite sepulchri dicit:

Nec permittat angelum percutientem tibi nocere in æternum. Pax tecum.

Postea aspergat sepulchrum aqua benedicta et populum his aut similibus hortetur verbis:

Andächtige in Christo!

„Es ist dem Menschen festgesetzt, einmal zu sterben, und dann folgt das Gericht. (Hebr. 9, 27.) — Selig sind die Todten, die im Herrn sterben. Von nun an, spricht der Geist, ruhen sie aus von ihren Leiden, und ihre Werke folgen ihnen nach. (Offenb. 14, 13.)

Wir hoffen, Geliebte! daß unser christlicher Mitbruder (unsere christliche Mitschwester,) dessen (deren) sterbliche Ueberreste wir so eben bis zum Tage der allgemeinen Auferstehung der Ruhe des Grabes übergeben haben, den Tod der Gerechten gestorben sey. Allein, der uns richtet, ist der Herr: unbegreiflich sind seine Gerichte, unerforschlich seine Wege. Sein allsehendes Auge durchforscht die Herzen und Nieren: unsere Gedanken und Neigungen liegen vor ihm so offen da, wie unsere Reden und Handlungen: vor Ihm gilt kein Ansehen der Person. — Er richtet nach Gerechtigkeit! — Wie leicht kann auch die in unsern Augen frömmste Seele vor den heiligen Augen Gottes mit Unvollkommenheiten, Mängeln und Gebrechen erscheinen, die dort erst durch das Feuer ihre volle Läuterung und Reinigung erlangen müssen! — Darum ist es, nach dem Ausspruche des göttlichen Geistes selbst, ein heiliger und heilsamer Gedanke, für die Verstorbenen zu beten, damit sie von ihren Sünden erlöset werden. (2 Makk. 12, 46.)

Laßt auch uns, Geliebte! voll Vertrauen zum Throne der göttlichen Barmherzigkeit uns wenden, und zum Troste der abgeleibten Seele in Demuth des Herzens Fürbitte einlegen mit einem andächtigen Vater unser und englischen Gruß.


Postea:

℣. Herr! gib dieser und allen christgläubigen Seelen im Fegfeuer die ewige Ruhe!

℟. Und das ewige Licht leuchte ihnen!

℣. Laß sie ruhen im Frieden!

℟. Amen.




OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Dicitur in Choro in die depositionis et aliis diebus, pro temporis opportunitate et Ecclesiarum consuetudine, ut supra dictum est. In die vero depositionis, et tertio, septimo, trigesimo, et anniversario, atque in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum duplicantur Antiphonæ, et in fine Psalmorum dicitur: Requiem æternam dona eis, Domine. Et lux perpetua luceat eis; etiam si pro uno tantum fiat Officium.

Ad Vesperas.

Absolute incipitur ab Antiphona:



Placebo Domino in regione vivorum.

II. Ton. **Psalmus 114.**



Dilexi, quoniam exaudiet *Do*minus * vocem o-rati-o-*nis* meæ.

Quia inclinavit aurem suam *mi*hi: * et in diebus meis in*vo*cabo.

Circumdederunt me dolores *mor*tis: * et pericula inferni inve*ne*runt me.

Tribulationem et dolorem in*ve*ni: * et nomen Domini in*vo*cavi.

O Domine, libera animam *me*am: * misericors Dominus, et jus*tus*, et Deus noster mi*se*retur.


Custodiens parvulos *Do*minus: * humiliatus sum, et liberavit me.

Convertere anima mea in requiem *tu*am: * quia Dominus benefe*cit* tibi.

Quia eripuit animam meam de *mor*te: * oculos meos a lacrymis, pedes meos *a* lapsu.

Placebo *Do*mino * in regione *vi*vorum.

Requiem æternam dona eis *Do*mine, * et lux perpetua luce*at* eis.




Ant. Placebo Domino in regi-one vivorum.



Ant. Heu mi-hi Domine, quia inco-latus meus pro-longatus est.

II. Ton. **Psalmus 119.**



Ad Dominum, cum tribularer, clamavi: * et exaudivit me.

Domine, libera animam meam a labiis *ini*quis, * et a lingua *do*losa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur *ti*bi * ad linguam *do*losam?

Sagittæ potentis a*cutæ*, * cum carbonibus desola*to*riis.


Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! habitavi cum habitantibus Ce*dar*: * multum incola fuit ani*ma* mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pa*ci*ficus: * cum loquebar illis, impugnabant *me* gratis.


Requiem æternam dona eis *Do*mine, * et lux perpetua luce*at* eis.



Ant. Heu mi-hi Domine, quia incolatus meus pro-longatus est.



Ant. **Dominus custodit te ab omni malo: custodi-at a-ni-mam**



tuam Dominus.

II. Ton. **Psalmus 120.**



Levavi oculos meos in montes, * unde veniet auxilium mihi

A uxilium meum a *Do*mino, * qui fecit coelum *et* terram.

Non det in commotionem pedem *tu*um: * neque dormitet, qui cu*sto*dit te.

Ecce non dormitabit, neque *dor*miet, * qui custodit *Is*rael.


Dominus custodit te, Dominus protectio *tu*a * super manum dexte*ram* tuam.

Per diem sol non uret *te*: * neque luna *per* noctem.


Dominus custodit te ab omni *ma*lo: * custodiat animam tu*am* Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, et exitum *tu*um, * ex hoc nunc, et usque *in* sæculum.

Requiem æternam dona eis *Do*mine, * et lux perpetua luce*at* eis.




Ant. **Dominus custodit te ab omni malo: custodi-at animam**



tuam Dominus.



Ant. **Si i-niquitates observaveris Domine: Domine quis**




sustinebit.

VII. Ton. 1. Ausgang. **Psalmus 129.**



De profundis clamavi *ad* te Domine: Domine exaudi *vo*cem



meam

Fiant aures tuæ *in*tendentes, * in vocem deprecati*o*nis meæ.

Si iniquitates obser*va*veris, Domine: * Domine quis *sus*tinebit?

Quia apud te propiti*a*tio est: * et propter legem tuam sustinu*i* te, Domine.


Sustinuit anima mea in *ver*bo ejus: * speravit anima me*a* in Domino.

A custodia matutina *us*que ad noctem, * speret Isra*el* in Domino:


Quia apud Dominum mi*se*ricordia, * et copiosa apud e*um* redemptio.

Et ipse *re*dimet Israel, * ex omnibus iniqui*ta*tibus ejus.

Requiem æternam dona *e*is Domine * et lux perpetua *lu*ceat eis.




Ant. Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit.




Ant. Opera manuum tuarum Domine ne despici-as.

II. Ton. **Psalmus 137.**



Confitebor tibi Domini in toto corde *meo*: * quoniam audisti



verba *oris* mei.

In conspectu Angelorum psallam *ti*bi: * adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nom*ini* tuo.

Super misericordia tua, et veritate *tu*a: * quoniam magnificasti super omne Nomen sanc*tum* tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi *me:* * multiplicabis in anima mea *vir*tutem.

Confiteantur tibi, Domine, omnes reges *ter*ræ: * quia audierunt omnia verba or*is* tui.


Et cantent in viis *Do*mini: * quoniam magna est glori*a* Domini.

Quoniam excelsus Dominus, et humilia *re*spicit: * et alta a longe *cog*noscit.


Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis *me*: * et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dext*era* tua.

Dominus retribuet pro *me:* * Domine, misericordia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne de*spi*cias.

Requiem æternam dona eis *Do*mine, * et lux perpetua luce*at* eis.



Ant. Opera manuum tuarum Domine ne despici-as.




℣. Audivi vocem de cœlo dicentem mihi.



℟. Bea-ti mortu-i, qui in Domino moriuntur.




Ant. Om-ne quod dat mihi Pa-ter, ad me ve-ni-et: et e-um,




qui venit ad me, non e-ji-ciam foras.

Canticum B. Mariae Virginis.

VII. Ton 1. Ausg. *Luc 1 c.*





Quia respexit humilitatem an*cil*læ suæ: * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes gene*ra*tiones.

Quia fecit mihi magna *qui* potens est: * et sanctum *No*men ejus.

Et misericordia ejus a progenie *in* progenies * ti*men*tibus eum.

Fecit potentiam in *bra*chio suo; * dispersit superbos mente *cor*dis sui.

Deposuit po*ten*tes de sede, * et exal*ta*vit humiles.

Esurientes im*ple*vit bonis: * et divites di*mi*sit inanes.

Suscepit Israel *pu*erum suum: * recordatus miseri*cor*diæ suæ.

Sicut locutus est ad *pa*tres nostros * Abraham, et semini *e*jus in sæcula.

Requiem æternam dona *e*is Domine * et lux perpetua *lu*ceat eis.





Preces infrascriptæ dicuntur flexis genibus, similiter et ad Laudes.

Pater noster. Secreto.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.

Sequens Psalmus 145 non dicitur in die omnium fidelium defunctorum, sed statim dicitur: **Requiem æternam** cum sequentibus ℣. et ℟. etc.

Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: * psallam Deo meo, quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus * in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam: * in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Domino Deo ipsius: * qui fecit cœlum et terram, mare et omnia, quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in sæculum facit judicium injuriam patientibus; * dat escam esurientibus.

Dominus solvit compeditos: * Dominus illuminat cæcos. Dominus erigit elisos: * Dominus diligit justos.

Dominus custodit advenas, pupillum et viduam suscipiet: * et vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dominus in sæcula, Deus tuus Sion * in generationem et generationem.

Requiem æternam dona eis Domine, * et lux perpetua luceat eis.

℣. **A porta inferi.**
℟. **Erue Domine animam ejus. (animas eorum.)**
℣. **Requiescat (ant) in pace.**
℟. **Amen.**
℣. **Domine exaudi orationem meam.**
℟. **Et clamor meus ad te veniat.**
℣. **Dominus vobiscum.**
℟. **Et cum spiritu tuo.**

In die depositionis Defuncti dicitur Oratio.

Absolve, quæsumus Domine, animam famuli tui N. (aut famulæ tuæ N.) ut defunctus (cta) sæculo tibi vivat: et quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Vel Oratio.

Deus, cui proprium est, misereri semper et parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui N. (vel **famulæ tuæ**), **quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem; sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi, et ad patriam Paradisi perduci: ut quia in te speravit et credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.**

In die tertio, septimo, et trigesimo depositionis Defuncti.

Oratio.

Quæsumus Domine, ut animæ famuli tui N. (vel **famulæ tuæ**), **ejus depositionis diem tertium** (vel **septimum,** vel **trigesimum**) **commemoramus, Sanctorum atque Electorum tuorum largiri digneris consortium; et rorem misericordiæ tuæ perennem infundas. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.**

In Anniversario dicitur Oratio.

Deus indulgentiarum Domine, da animæ famuli tui N. (vel **famulæ tuæ**), (vel **animabus famulorum, famularumque tuarum**), **cujus** (vel **quorum**) **anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.**

Aliae Orationes diversae pro Defunctis.

Pro Summo Pontifice defuncto.

Oratio.

Deus, qui inter summos Sacerdotes famulum tuum N. ineffabili tua dispositione connumerari voluisti: præsta, quæsumus, ut qui unigeniti Filii tui vices in terris gerebat, Sanctorum tuorum Pontificum consortio perpetuo aggregetur. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Pro defuncto Episcopo.

Oratio.

Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum N. Pontificali fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Si fuerint plures, dicitur in numero plurali.

Pro Episcopo Cardinali dicatur: **famulum tuum N. Episcopum Cardinalem Pontificali fecisti dignitate etc.**

Pro Presbytero Cardinali dicatur: **famulum tuum N. Presbyterum Cardinalem sacerdotali etc.**

Pro Diacono autem Cardinali dicitur Oratio: **Inclina Domine etc.**, quæ habetur paulo infra, hoc modo: **ut animam famuli tui N. Diaconi Cardinalis, quam de hoc sæculo etc.**

Pro defuncto Sacerdote.

Oratio.

Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum N. Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Vel Oratio.

Præsta, quæsumus Domine, ut anima famuli tui N. Sacerdotis, quem, in hoc sæculo commorantem, sacris muneri-

bus decorasti, in cœlesti sede gloriosa semper exultet. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Pro uno Defuncto.

Oratio.

Inclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui N., quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas, et Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Pro una Defuncta.

Oratio.

Quæsumus, Domine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ N., et, a contagiis mortalitatis exutam, in æternæ salvationis partem restitue. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Pro defunctis fratribus, propinquis et benefactoribus.

Oratio.


Deus, veniæ largitor, et humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Congregationis fratres, propinquos et benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Pro omnibus Fidelibus defunctis.

Oratio.

Fidelium, Deus, omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.


℣. Requiem æternam dona ei (eis) Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei (eis).
℣. Requiescat (scant) in pace. ℟. Amen.



AD MATUTINUM.

Invitatorium.


Cantores.




Regem cu-i omnia vivunt. Veni-te adoremus.

Chorus repetit: Regem etc.

Cantores. **Psalmus 94.**




Venite exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro




præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis

Chor.




jubilemus e-i. Regem cu-i omnia vivunt Venite adoremus.


Cant.



Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus super



omnes Deos; quoniam non repellet Dominus plebem suam,



quia in manu e-jus sunt omnes fines terræ, et alti-tu-dines

Chor. *Cant.*

montium ipse conspicit. Veni-te adoremus. Quoniam ipsius

est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus

ejus: venite adoremus, et procidamus ante Deum: ploremus

coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus

noster: nos autem populus ejus, et oves pascuæ e-jus.

Chor. *Cant.*

Regem cu-i omnia vivunt, venite adoremus. Hodie si

vocem ejus audie-ritis, nolite obdurare corda vestra, sicut

in exacerbati-one secundum diem tentati-onis in deserto:

ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, et viderunt

Chor. *Cant.*


opera mea Veni-te adoremus. Quadraginta annis proximus


fui generationi huic, et dixi: Semper hi errant corde: ipsi











Hoc Invitatorium dicitur tantum in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, et in die depositionis Defuncti: quibus diebus dicuntur tres infrascripti Nocturni, et Antiphonae duplicantur. Aliis temporibus dicitur tantum unum Nocturnum, cum Laudibus, hoc ordine: Feria secunda et quinta primum Nocturnum; Feria tertia et sexta secundum Nocturnum: Feria quarta et Sabbato tertium Nocturnum.







OFFICIUM DEFUNCTORUM.


In primo Nocturno.

Pro feria secunda et quinta.





VII. Ton. 1. Ausgang. **Psalmus 5.**



Verba mea auribus *per*cipe, Domine, * intellige cla*mo*rem meum.

Intende voci orati*o*nis meæ: * Rex meus, et *De*us meus.

Quoniam ad *te* orabo: * Domine, mane exaudies *vo*cem meam.

Mane astabo tibi, *et* videbo: * quoniam non Deus volens iniqui*ta*tem tu es.

Neque habitabit juxta *te* malignus; * neque permanebunt injusti ante *o*culos tuos.

Odisti omnes, qui operantur *ini*quitatem: * perdes omnes, qui lo*quu*ntur mendacium.

Virum sanguinum, et dolosum abomi*na*bitur Dominus: * ego autem in multitudine miseri*cor*diæ tuæ.

Introibo in *do*mum tuam: * adorabo ad templum sanctum tuum in ti*mo*re tuo

Domine, deduc me in ju*sti*tia tua: * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo *vi*am meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens et guttur eorum, linguis suis do*lo*se agebant, * judica *il*los, Deus.


Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum ex*pel*le eos, * quoniam irrita*ve*runt te, Domine.

Et lætentur omnes, qui *spe*rant in te, * in æternum exultabunt, et habi*ta*bis in eis.


Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt *No*men tuum: * quoniam tu bene*di*ces justo.

Domine, ut scuto bonæ volun*ta*tis tuæ * *co*ronasti nos.


Requiem æternam dona *e*is Domine, * et lux perpetua *lu*ceat eis.




Ant. Di - rige Domine Deus meus in conspectu tu - o



vi-am meam.




Ant. Convertere Domine, et e-ripe a-nimam meam: quoniam




non est in morte, qui memor sit tu-i.

VIII. Ton. 1. Ausgang. **Psalmus 6.**



Domine ne in furore tuo arguas *me:* * neque in i-ra



tu - a corri - pias me.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus *sum:* * sana me, Domine, quoniam conturbata sunt *os*sa mea.

Et anima mea turbata est *val*de: * sed tu *Do*mine, usquequo?

Convertere, Domine, et eripe animam *me*am: * salvum me fac propter miseri*cor*diam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit *tui*: * in inferno autem quis confi*te*bitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum *me*um: * lacrymis meis stratum *me*um rigabo.

Turbatus est a furore oculus *me*us: * inveteravi inter omnes ini*mi*cos meos.

Discedite a me omnes, qui operamini iniqui*ta*tem: * quoniam exaudivit Dominus vocem *fle*tus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem *me*am, * Dominus orationem *me*am suscepit.

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici *mei*: * convertantur, et erubescant *val*de velociter.

Requiem æternam dona eis *Do*mine, * et lux perpetua *lu*ceat eis.

Ant. Convertere Domine, et e-ripe animam meam: quoniam non est in morte, qui memor sit tui.

Ant. Nequando rapiat ut le-o animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

VIII. Ton. 1. Ausgang. **Psalmus 7.**

Domine Deus meus, in te spe*ra*vi: * salvum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me.

Ne quando rapiat, ut leo, animam meam, * dum non est qui redimat, neque qui *sal*vum faciat.

Domine, Deus meus, si feci *is*tud, * si est iniquitas in *ma*nibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi *ma*la, * decidam merito ab inimicis *me*is inanis.

Persequatur inimicus animam meam, et comprehendat, et conculcet in terra vitam *me*am, * et gloriam meam in pulv*erem* deducat.

Exurge, Domine, in ira *tu*a: * et exaltare in finibus inimi*co*rum meorum.

Et exurge, Domine, Deus meus in præcepto, quod man*das*ti, * et synagoga popul*orum* circumdabit te.

Et propter hanc in altum re*gre*dere: * Dominus *ju*dicat populos.

Judica me, Domine, secundum justitiam *me*am, * et secundum innocentiam *me*am super me.

Consumetur nequitia peccatorum, et diriges *jus*tum, * scrutans corda et *re*nes, Deus.

Justum adjutorium meum a *Do*mino, * qui salvos facit *rec*tos corde.

Deus judex justus, fortis et *pa*tiens: * numquid irascitur per *sin*gulòs dies?

Nisi conversi fueritis gladium suum vi*bra*bit: * arcum suum tetendit, et pa*ra*vit illum.

Et in eo paravit vasa *mor*tis, * sagittas suas ar*den*tibus effecit.

Ecce parturiit inju*sti*tiam: * concepit dolorem, et peperit *ini*quitatem.

Lacum aperuit, et effodit *e*um: * et incidit in fove*am*, quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput *e*jus: * et in verticem ipsius iniquitas *e*jus descendet.

Confitebor Domino secundum justitiam *e*jus: * et psallam nomini *Do*mini altissimi.

Requiem æternam dona eis *Do*mine, * et lux perpetua luceat eis.



Ant. **Nequando rapiat ut le-o animam meam, dum non est**



qui re-dimat, neque qui salvum faciat.



℣. **A porta infe - ri.** ℟. **Erue Domine** **a-nimas e-o-rum.** / **a-nimam e - jus.**

Pater noster, totum secreto.

Lectiones leguntur sine Antiphona Benedictione et Titulo.

Lectio 1.


Parce mihi, Domine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? Aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, et subito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum, et quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam, et si mane me quæsieris, non subsistam.

Lectiones terminantur sine **Tu autem,** vel alia conclusione.


Responsorium primum.




℟. **Credo quod Redemptor me-us vi - vit:**



et in novis-simo di - e de ter-ra surrectu-



rus sum: * Et in carne me - - a vide-bo



Lectio 2.

Tædet animam meam vitæ meæ, dimittam adversum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnare: indica mihi, cur me ita judices? Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, et opprimas me opus manuum tuarum, et consilium impiorum adjuves? Numquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, et tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora, ut quæras iniquitatem meam, et peccatum meum scruteris? Et scias, quia nihil impium fecerim, cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere.

Responsorium secundum.








Lectio 3.


Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu: et sic repente præcipitas me? Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me, ossibus et nervis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.

Responsorium tertium.











Postea ad Laudes, quando dicitur unum tantum Nocturnum.


In secundo Nocturno.

Pro feria tertia et sexta.



III. Ton. 1. Ausg. **Psalmus 22.**





Super aquam refectionis educavit *me:* * animam me*am* convertit.

Deduxit me super semitas ju*sti*tiæ, * propter *no*men suum.

Nam et si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo *ma*la: * quoni*am* tu mecum es.

Virga tua et baculus *tu*us, * ipsa me *con*solata sunt.


Parasti in conspectu meo *men*sam, * adversus e*os*, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput *me*um: * et calix meus inebrians, *quam* præclarus est!


Et misericordia tua subsequentur *me* * omnibus diebus *vi*tæ meæ.

Et ut inhabitem in domo *Do*mini, * in longitud*inem* dierum.


Requiem æternam dona eis *Do*mine, * et lux perpetua *lu*ceat eis.








VIII. Ton. 1. Ausgang. **Psalmus 24.**





Neque irrideant me inimici *mei*: * etenim universi, qui sustinent te, non *con*fundentur.

Confundantur omnes iniqua a*gen*tes * *su*pervacue.

Vias tuas, Domine, demonstra *mi*hi: * et semitas *tuas* edoce me.

Dirige me in veritate tua, et doce *me:* * quia tu es Deus salvator meus, et te sustinui *to*ta die.

Reminiscere miserationum tuarum *Do*mine, * et misericordiarum tuarum, *quae* a sæculo sunt.

Delicta juventutis *meæ,* * et ignorantias meas *ne* memineris.

Secundum isericordiam tuam memento mei *tu:* * propter bonitatem *tu*am, Domine.

Dulcis et rectus *Do*minus: * propter hoc legem dabit delinquenti*bus* in via.

Diriget mansuetos in ju*di*cio: * docebit mites *vi*as suas.

Universæ viæ Domini misericordia et *ve*ritas, * requirentibus testamentum ejus, et testi*mo*nia ejus.

Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato *meo*: * mul*tum* est enim.

Quis est homo, qui timet *Do*minum? * legem statuit ei in via, *quam* elegit.

Anima ejus in bonis demo*ra*bitur: * et semen ejus hære*dita*bit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus *eum*: * et testamentum ipsius, ut manifes*te*tur illis.

Oculi mei semper ad *Do*minum: * quoniam ipse evellet de laqueo *pe*des meos.

Respice in me, et miserere *mei*: * quia unicus, et *pau*per sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ *sunt:* * de necessitatibus *me*is erue me.

Vide humilitatem meam, et laborem *me*um, * et dimitte universa de*lic*ta mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati *sunt,* * et odio *ini*quo oderunt me.

Custodi animam meam, et erue *me:* * non erubescam, quoniam spe*ra*vi in te.

Innocentes, et recti adhæserunt *mi*hi: * qui*a* sustinui te.

Libera, Deus, Isra*el,* * ex omnibus tribula*tio*nibus suis.

Requiem æternam dona eis *Do*mine, * et lux perpetua *luceat* eis.

Ant. Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memine-ris Domine.



Ant. Credo vide-re bona Domini in terra viven-tium.

IV. Ton. 1. Ausg. **Psalmus 26.**



Dominus illuminati-o mea, et salus mea, * quem timebo?

Dominus protector *vi*tæ meæ, * a *quo* trepidabo?

Dum appropiant super *me* nocentes, * ut e*dant* carnes meas.

Qui tribulant me ini*mi*ci mei, * ipsi infirmati sunt, *et* ceciderunt.

Si consistant adver*sum* me castra, * non ti*me*bit cor meum.

Si exurgat adver*sum* me prælium, * in hoc *e*go sperabo.

Unam petii a Domino, *hanc* requiram, * ut inhabitem in domo Domini omnibus die*bus* vitæ meæ:

Ut videam volup*ta*tem Domini, * et visi*tem* templum ejus.

Quoniam abscondit me in taber*na*culo suo: * in die malorum protexit me in abscondito ta*ber*naculi sui.

In petra exal*ta*vit me: * et nunc exaltavit caput meum super *ini*micos meos.

Circuivi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vocife*ra*tionis: * cantabo, et psal*mum* dicam Domino.

Exaudi, Domine, vocem meam, qua clama*vi* ad te: * miserere me*i*, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te *fa*cies mea: * faciem tuam, *Do*mine, requiram.

Ne avertas faciem tu*am* a me: * ne declines in ira *a* servo tuo.

Adjutor *me*us esto: * ne derelinquas me, neque despicias me, Deus *salu*taris meus.

Quoniam pater meus et mater mea dereli*que*runt me: * Dominus *au*tem assumpsit me.

Legem pone mihi, Domine, in *vi*a tua: * et dirige me in semitam rectam propter *ini*micos meos.


Ne tradideris me in animas tribu*lan*tium me: * quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est *ini*quitas sibi.


Credo videre *bo*na Domini: * in *ter*ra viventium.

Expecta Dominum, vi*ri*liter age: * et confortetur cor tuum, *et* sustine Dominum.

Requiem æternam dona *e*is Domine, * et lux perpetua *lu*ceat eis.








Pater noster, totum secreto.


Lectio 4.

Responde mihi: Quantas habeo iniquitates et peccata, scelera mea et delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum? Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris? Scribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum et observasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum, quod comeditur a tinea.

Responsorium quartum.







Lectio 5.

Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, et conteritur, et fugit velut umbra, et numquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in judicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu, qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est: constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii, dies ejus.

Responsorium quintum.





Lectio 6.


Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putasne, mortuus homo rursum vivat? Cunctis diebus, quibus nunc milito expecto, donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi: operi manuum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.


Responsorium sextum.



















In tertio Nocturno.

Pro feria quarta et Sabbato.





II. Ton. **Psalmus 39.**



Et exaudivit preces *me*as: * et eduxit me de lacu miseriæ, et de lu*to* fæcis.

Et statuit super petram pedes *me*os: * et direxit gres*sus* meos.

Et immisit in os meum canticum *no*vum, * carmen De*o* nostro.

Videbunt multi, et ti*me*bunt: * et sperabunt *in* Domino.

Beatus vir, cujus est nomen Domini spes *e*jus: * et non respexit in vanitates, et insani*as* falsas.

Multa fecisti tu, Domine Deus meus, mirabilia *tu*a: * et cogitationibus tuis non est, qui similis *sit* tibi.

Annuntiavi, et locutus *sum:* * multiplicati sunt su*per* numerum.

Sacrificium, et oblationem nolu*is*ti: * aures autem perfecis*ti* mihi.

Holocaustum et pro peccato non postu*las*ti: * tunc dixi: Ec*ce* venio.

In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem *tu*am: * Deus meus volui, et legem tuam in medio cor*dis* mei.

Annuntiavi justitiam tuam in Ecclesia *mag*na, * ecce labia mea non prohibebo: Domine, *tu* scisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde *me*o: veritatem tuam, et salutare tu*um* dixi.:

Non abscondi misericordiam tuam, et veritatem *tu*am: * a concili*o* multo.

Tu autem, Domine, ne longe facias miserationes tuas a *me:* * misericordia tua, et veritas tua semper susce*pe*runt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est *nu*merus: * comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui, ut *vi*derem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis *me*i: * et cor meum dere*li*quit me.

Complaceat tibi, Domine, ut eruas *me:* * Domine, ad adjuvandum *me* respice.

Confundantur, et revereantur simul, qui quærunt animam *me*am: * ut aufe*rant* eam.

Convertantur retrorsum, et revere*an*tur, * qui volunt mi*hi* mala.


Ferant confestim confusionem *su*am, * qui dicunt mihi: Eu*ge*, euge.

Exultent, et lætentur super de omnes quærentes *te:* * et dicant semper: Magnificetur Dominus, qui diligunt salu*ta*re tuum.


Ego autem mendicus sum, et *pau*per: * Dominus sollicitus *est* mei.

Adjutor meus, et protector meus tu *es:* * Deus meus, ne *tar*daveris.


Requiem æternam dona eis *Do*mine, * et lux perpetua luce*at* eis.



Ant. Compla-ceat ti-bi Domine, ut e-ripias me: Domine ad




adjuvandum me respice.



Ant. Sana Domine a-nimam meam, quia peccavi ti-bi

II. Ton. **Psalmus 40.**



Beatus, qui intelligit super e-genum et pauperem: * in



di-e mala li-berabit eum Dominus.

Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in *ter*ra: * et non tradat eum in animam inimi*corum* ejus.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris *e*jus: * universum stratum ejus versasti infirmita*te* ejus.

Ego dixi: Domine miserere *me*i: * sana animam meam, quia pecca*vi* tibi.

Inimici mei dixerunt mala *mi*hi: * Quando morietur, et peribit no*men* ejus?

Et si ingrediebatur ut videret, vana loque*ba*tur, * cor ejus congregavit iniquita*tem* sibi.

Egrediebatur *fo*ras: * et loquebatur in *id*ipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici *me*i: * adversum me cogitabant ma*la* mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum *me*: * Numquid qui dormit, non adjiciet ut *re*surgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo spe*ra*vi: * qui edebat panes meos, magnificavit super me supplanta*ti*onem.


Tu autem, Domine, miserere mei, et resuscita *me:* * et retribu*am* eis.

In hoc cognovi, quoniam voluisti *me:* * quoniam non gaudebit inimicus me*us* super me.

Me autem propter innocentiam susce*pi*sti: * et confirmasti me in conspectu tuo in *ae*ternum.

Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo, et usque in *sae*culum: * fi*at*, fiat.

Requiem æternam dona eis *Do*mine, * et lux perpetua luce*at* eis.



Ant. Sana Domine a-nimam meam, quia peccavi ti-bi




Ant. Si-ti-vit a-nima mea ad Deum vivum: quando veniam



et ap-pare-bo an-te fa-ci-em Domini?

II. Ton. **Psalmus 41.**



Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: * ita



desiderat a-nima mea ad te, Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem, *vi*vum: * quando veniam, et apparebo ante faci*em* Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac *noc*te: * dum dicitur mihi quotidie: Ubi est De*us* tuus?

Hæc recordatus sum, et effudi in me animam *me*am: * quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad Do*mum* Dei.

In voce exultationis, et confessi*o*nis: * sonus e*pu*lantis.

Quare tristis es, anima *me*a? * et quare con*tur*bas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor *il*li: * salutare vultus mei, et De*us* meus.

Ad meipsum anima mea conturbata *est:* * propterea memor ero tui de terra Jordanis, et Hermoniim a mon*te* modico.

Abyssus abyssum *in*vocat, * in voce cataractarum *tu*arum.

Omnia excelsa tua, et fluctus *tui* * super me trans*i*erunt.

In die mandavit Dominus misericordiam *su*am: * et nocte canti*cum* ejus.

Apud me oratio Deo vitæ *me*æ, * dicam Deo: Susceptor *me*us es.


Quare oblitus es *me*i? * et quare contristatus incedo, dum affligit me i*ni*micus.

Dum confringuntur ossa *me*a, * exprobraverunt mihi qui tribulant me inimi*ci* mei.


Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus *tu*us? * quare tristis es, anima mea? et quare con*tur*bas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor *il*li: * salutare vultus mei, et De*us* meus.


Requiem æternam dona eis *Do*mine, * et lux perpetua luce*at* eis.




Ant. Si-ti-vit a-nima mea ad Deum vivum; quando veniam,



et ap-pare - bo ante fa-ciem Domini?



℣. Ne tradas bestiis a-nimas confitentes ti-bi.



℟. Et a-nimas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem

Pater noster, totum secreto.

Lectio 7.

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, et solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me, Domine, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est, et in

tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: pater meus es mater mea, et soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc præstolatio mea, et patientiam meam quis considerat?

Responsorium septimum.

Peccantem me quoti - di-e, et non me poeni - tentem,

timor mor - tis contur - bat me * Quia in in-fer - no

nulla est redempti - o, miserere me - i

De-us et sal - va me. ℣. De - us in nomine tuo

sal - vum me fac, et in virtute tu - a li - be - ra

me. * Quia in inferno etc.

Lectio 8.

Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos, amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, et plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim, quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo.

Responsorium octavum.

Domine, secundum actum me - um no - li me ju-di-

ca - - - - - re: ni-hil dignum in conspectu

tu - o e - gi: i - de-o de - pre-

cor ma - je-statem tu - am. * Ut tu Deus

de-le-as i-niquita - tem me - - - am.

℣. Amplius lava me, Do-mine, ab in-ju-sti-

ti-a me - a, et a delicto me - o munda

me. * Ut tu etc.

Lectio 9.

Quare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem, ne oculos me videret. Fuissem, quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, et non revertar ad terram tenebrosam, et opertam mortis caligine, terram miseriæ et tenebrarum ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Responsorium nonum.
















Sequens Responsorium dicitur solummodo in die Commemorationis omnium Defunctorum, et quandocumque pro Defunctis dicuntur novem Lectiones.







re sæ - culum per ig-nem. ℣. Tremens

factus sum ego et ti - meo, dum discussi-o ve-

nerit, atque ven - tu - ra i - ra * Quando coe - li etc.

℣. Dies il-la, di-es i - ræ, calamitatis et mi - se - riæ,

dies magna et a-mara valde. * Dum ve-


neris. ℣. Requiem æternam dona e - is Do-

mine, et lux perpetua lu - ceat eis. ℣. Libera me

Do - mine etc.

Ad Laudes.

Absolute incipitur.



1. Ton. 1. Ausg. **Psalmus 50.**



Et secundum multitudinem miseratio*num* tuarum * dele iniqui*ta*tem meam.

Amplius lava me ab iniqui*ta*te mea: * et a peccato *me*o munda me.

Quoniam iniquitatem meam e*go* cognosco: * et peccatum meum contra *me* est semper.

Tibi soli peccavi, et malum co*ram* te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum *ju*dicaris.

Ecce enim in iniquitati*bus* conceptus sum: * et in peccatis concepit me *ma*ter mea.

Ecce enim veritatem *di*lexisti: * incerta et occulta sapientiæ tuæ manifes*tas*ti mihi.

Asperges me hyssopo, *et* mundabor; * lavabis me, et super nivem *de*albabor.

Auditui meo dabis gaudium *et* lætitiam: * et exultabunt ossa hu*mi*liata.

Averte faciem tuam a pec*ca*tis meis: * et omnes iniquitates *me*as dele.

Cor mundum crea *in* me Deus: * et spiritum rectum innova in vis*ce*ribus meis.

Ne projicias me a *fa*cie tua: * et spiritum sanctum tuum ne *au*feras a me.

Redde mihi lætitiam salu*ta*ris tui: * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos *vi*as tuas; * et impii ad te *con*vertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus sa*lu*tis meæ; * et exultabit lingua mea jus*ti*tiam tuam.

Domine, labia me*a* aperies: * et os meum annuntiabit *lau*dem tuam.

Quoniam, si voluisses sacrificium, de*dis*sem utique: * holocaustis non *de*lectaberis.

Sacrificium Deo spiritus con*tri*bulatus: * cor contritum et humiliatum Deus *non* despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate *tu*a Sion: * ut ædificentur *mu*ri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes et *ho*-locausta: * tunc imponent super altare *tu*um vitulos.

Requiem æternam dona *e*is Domine, * et lux perpetua *lu*ceat eis.

Ant. Exul-tabunt Domino os-sa hu-mili - a-ta.

Ant. Exaudi Do-mine o-rati-onem me-am ad te omnis ca - ro veniet.

VIII. Ton. 1. Ausgang. **Psalmus 64.**

Te decet hymnus, Deus, in Sion: * et ti-bi reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem *me*am: * ad te omnis *ca*ro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt super *nos:* * et impietatibus nostris tu pro*pi*tiaberis.

Beatus, quem elegisti, et assum*sis*ti: * inhabitabit in *at*riis tuis.

Replebimur in bonis domus *tuæ*: * sanctum est templum tuum, mirabile in *ae*quitate.

Exaudi nos, Deus, salutaris *nos*ter, * spes omnium finium terræ, et in *ma*ri longe.

Præparans montes in virtute tua, accinctus po*ten*tia: * qui conturbas profundum maris, sonum *fluc*tuum ejus.

Turbabuntur gentes, et timebunt, qui habitant terminos, a signis *tu*is: * exitus matutini, et vespere *de*lectabis.

Visitasti terram, et inebriasti *e*am: * multiplicasti locuple*ta*re eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum il*lo*rum: * quoniam ita est præpa*ra*tio ejus.


Rivos ejus inebria, multiplica genimina *e*jus: * in stillicidiis ejus læ*ta*bitur germinans.


Benedices coronæ anni benignitatis *tu*æ: * et campi tui replebuntur *u*bertate.

Pinguescent speciosa de*ser*ti: * et exultatione colles *ac*cingentur.

Induti sunt arietes ovium, et valles abundabunt fru*men*to: * clamabunt, etenim *hym*num dicent.


Requiem æternam dona eis *Do*mine, * et lux perpetua luce*at* eis.







VII. Ton. 1. Ausgang. **Psalmus 62.**



Sitivit in te *a*nima mea, * quam multipliciter tibi *ca*ro mea.

In terra deserta, et invia, et *in*aquosa: * sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, et *glo*riam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua *su*per vitas: * labia me*a* laudabunt te.

Sic benedicam te in *vi*ta mea: * et in nomine tuo levabo *ma*nus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur *a*nima mea: * et labiis exultationis lau*da*bit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis medi*ta*bor in te: * quia fuisti ad*ju*tor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima *me*a post te: * me suscepit *dex*tera tua.

Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferi*o*ra terræ: * tradentur in manus gladii, partes *vul*pium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jur*ant* in eo: * quia obstructum est os lo*quen*tium iniqua.

Hic non dicitur Requiem æternam.

Psalmus 66.

Deus misereatur nostri, et bene*di*cat nobis: * illuminet vultum suum super nos, et miser*ea*tur nostri.

Ut cognoscamus in terra *vi*am tuam, * in omnibus gentibus salu*ta*re tuum.


Confiteantur tibi *po*puli, Deus: * confiteantur tibi *po*puli omnes.

Lætentur, et ex*ul*tent gentes: * quoniam judicas populos in æquitate, et gentes in *ter*ra dirigis.


Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi *po*puli omnes: * terra dedit *fruc*tum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, bene*di*cat nos Deus: * et metuant eum omnes *fi*nes terræ.

Requiem æternam dona *e*is Domine, * et lux perpetua *lu*ceat eis.



Ant. Me susce - pit dextera tu-a Domine.




Ant. A porta inferi e - rue Domine a-nimam meam.

II. Ton. **Canticum Ezechiae.**



Ego dixi: in dimidio di-erum meorum * vadam ad portas



inferi.

Quæsivi residuum annorum me*o*rum, * dixi: non videbo Dominum Deum in terra vi*ven*tium.

Non aspiciam hominem *ul*tra, * et habitatorem *qui*etis.

Generatio mea ablata est, et convoluta est a *me,* * quasi tabernaculum *pa*storum.

Præcisa est, velut a texente, vita mea; dum adhuc ordirer, succidit *me:* * de mane usque ad vesperam *fi*nies me.

Sperabam usque ad *ma*ne, * quasi leo sic contrivit omnia os*sa* mea.

De mane usque ad vesperam finies *me:* * sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut *co*lumba.

Attenuati sunt oculi *me*i, * suspicientes in *ex*celsum.

Domine, vim patior, responde pro *me.* * Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ip*se* fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos *me*os * in amaritudine ani*mae* meæ.

Domine, si sic vivitur, et in talibus vita spiritus mei, corripies me, et vivificabis *me*: * Ecce in pace amaritudo mea ama*ris*sima.


Tu autem eruisti animam meam, ut non pe*ri*ret, * projecisti post tergum tuum omnia pecca*ta* mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit *te*: * non expectabunt, qui descendunt in lacum verita*tem* tuam.


Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ego *ho*die: * pater filiis notam faciet verita*tem* tuam.

Domine, salvum me *fac*: * et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in do*mo* Domini.

Requiem æternam dona eis *Do*mine, * et lux perpetua luce*at* eis.



Ant. A porta inferi e-rue Domine a-nimam meam.



Ant. Omnis spi-ritus laudet Dominum.

VII. Ton. 3. Ausgang. **Psalmus 148.**



Laudate Dominum de cœlis: * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes *An*geli ejus: * laudate omnes Vir*tu*tes ejus.

Laudate eum *sol* et luna: * laudate eum omnes *stel*læ et lumen.

Laudate eum cœ*li* cœlorum: * et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent *no*men Domini.

Quia ipse dixit, *et* facta sunt: * ipse mandavit, *et* creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in *sae*culum sæculi: * præceptum posuit, et non *prae*teribit.

Laudate Domi*num* de terra, * dracones, et *om*nes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus *pro*cellarum: * quæ faciunt *ver*bum ejus.

Montes, et *om*nes colles: * ligna fructifera, *et om*nes cedri.

Bestiæ, et uni*ver*sa pecora: * serpentes, et volu*cres* pennatæ.

Reges terræ, et *om*nes populi: * principes, et omnes *ju*dices terræ.

Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent *no*men Domini: * quia exaltatum est nomen *ejus* solius.

Confessio ejus super cœ*lum* et terram: * et exaltavit cornu *po*puli sui.

Hymnus omnibus *Sanc*tis ejus: * filiis Israel, populo appropin*quan*ti sibi.

Hic non dicitur Requiem æternam.

Psalmus 149.

Cantate Domino *can*ticum novum: * laus ejus in Eccle*sia* Sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui *fe*cit eum: * et filii Sion exultent in *re*ge suo.

Laudent nomen *ejus* in choro: * in tympano, et psalterio *psal*lant ei.

Quia beneplacitum est Domino in *po*pulo suo: * et exaltabit mansuetos *in* salutem.

Exultabunt *Sanc*ti in gloria: * lætabuntur in cu*bi*libus suis.

Exaltationes Dei in guttu*re* eorum: * et gladii ancipites in mani*bus* eorum.

Ad faciendam vindictam in *na*tionibus, * increpatio*nes* in populis.

Ad alligandos reges eorum *in* compedibus: * et nobiles eorum in *ma*nicis ferreis.

Ut faciant in eis judici*um* conscriptum: * gloria hæc est omnibus *Sanc*tis ejus.

Hic non dicitur Requiem æternam.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in *Sanc*tis ejus: * laudate eum in firmamento vir*tu*tis ejus.


Laudate eum in vir*tu*tibus ejus: * laudate eum secundum multitudinem magni*tu*dinis ejus.


Laudate eum in *sono* tubæ: * laudate eum in psalteri*o* et cithara.


Laudate eum in tympa*no* et choro: * laudate eum in *chor*dis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubi*la*tionis: * omnis spiritus *lau*det Dominum.

Requiem æternam dona *e*is Domine, * et lux perpetua *lu*ceat eis.














II. Ton. **Canticum Zachariae.**





Et erexit cornu salutis *no*bis, * in domo David pue*ri* sui.

Sicut locutus est per os sanc*to*rum, * qui a sæculo sunt, Propheta*rum* ejus.

Salutem ex inimicis *nos*tris, * et de manu omnium, qui o*de*runt nos.

Ad faciendam misericordiam cum Patribus *nos*tris: * et memorari testamenti su*i* sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham, patrem *nos*trum, * datur*um se* nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum libe*ra*ti, * servia*mus* illi.

In sanctitate et justitia coram *ip*so, * omnibus die*bus* nostris.

Et tu puer propheta Altissimi vo*ca*beris: * præibis enim ante faciem Domini, parare vi*as* ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi *e*jus: * in remissionem peccatorum *e*orum.

Per viscera misericordiæ Dei *nos*tri: * in quibus visitavit nos oriens *ex* alto.

Illuminare his, qui in tenebris et in umbra mortis *se*dent; * ad dirigendos pedes nostros in vi*am* pacis.

Requiem æternam dona eis *Do*mine, * et lux perpetua luce*at* eis.

Ant. Ego sum resurrectio et vi-ta: qui credit in me, e-tiam si mortuus fu-erit, vivet, et omnis, qui vivit, et credit in me, non mori-e-tur in æ-ternum

Preces infrascriptæ unisono dicuntur flexis genibus De profundis non dicitur in die omnium fidelium defunctorum, sed statim: Requiem æternam cum precibus et oratione congruente.

Pater noster. Secreto.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te, Domine: * Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris, Domine: * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, * speret Israel in Domino:

Quia apud Dominum misericordia, * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam dona eis Domine * et lux perpetua luceat eis.

Deinde. ℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animas eorum (animam ejus.)

℣. Requiescant (requiescat) in pace.

℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

In die depositionis Defuncti dicitur Oratio.

Absolve, quæsumus Domine, animam famuli tui N. (aut famulæ tuæ N.) ut defunctus (cta) sæculo tibi vivat: et quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit,

tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Vel Oratio.

Deus, cui proprium est, misereri semper et parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui N. (vel famulæ tuæ), quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem; sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi, et ad patriam Paradisi perduci: ut quia in te speravit et credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

In die tertio, septimo, et trigesimo depositionis Defuncti.

Oratio.


Quæsumus Domine, ut animæ famuli tui N. (vel famulæ tuæ), cujus depositionis diem tertium (vel septimum, vel trigesimum) commemoramus, Sanctorum atque Electorum tuorum largiri digneris consortium; et rorem misericordiæ tuæ perennem infundas. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

In Anniversario dicitur Oratio.

Deus indulgentiarum Domine, da animæ famuli tui N. (vel famulæ tuæ), (vel animabus famulorum, famularumque tuarum), cujus (vel quarum) anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aliae Orationes diversae pro Defunctis.

vide latus 19.



ORDO MISSÆ
PRO DEFUNCTIS.

Sacerdos paratus cum ingreditur ad Altare, facta illi debita reverentia, signat se signo Crucis a fronte ad pectus, et clara voce dicit:

IN nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Deinde junctis manibus ante pectus, incipit Antiphonam: **Introibo ad Altare Dei.**

Ministri respondent: **Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.**

Sacerdos signat se, dicens ℣. **Adjutorium nostrum in nomine Domini.**

℟. **Qui fecit cœlum et terram.**

Deinde junctis manibus profunde inclinatus, Sacerdos facit Confessionem.

CONfiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et vobis Fratres! quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere: (Percutit sibi pectus ter, dicens): **mea culpa, mea culpa, mea maxima**

culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos Fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Ministri respondent:

MIsereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam.

Sacerdos dicit **Amen,** et erigit se.

Deinde Ministri repetunt Confessionem et ubi a Sacerdote dicebatur **vobis Fratres,** et **vos Fratres,** a ministris dicitur **tibi Pater,** et **te Pater;** hoc modo:

COnfiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et tibi Pater! quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere (Percutiunt sibi pectus ter, dicentes): **mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te Pater, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.**

Postea Sacerdos junctis manibus facit Absolutionem, dicens:

MIsereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam.

℟. **Amen.**

Signat se signo Crucis, dicens:

INdulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum nostrorum, tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus.

℟. **Amen.**

Et inclinatus prosequitur:

℣. **Deus tu conversus vivificabis nos.**

℟. **Et plebs tua lætabitur in te.**

℣. **Ostende nobis Domine misericordiam tuam.**

℟. **Et salutare tuum da nobis.**

℣. **Domine exaudi orationem meam.**

℟. **Et clamor meus ad te veniat.**

℣. **Dominus vobiscum.**

℟. **Et cum spiritu tuo.**

Et extendens ac jungens manus, clara voce dicit **Oremus;** et ascendens ad Altare, dicit secreto:

AUfer a nobis, quæsumus Domine! iniquitates nostras: ut ad Sancta Sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde manibus junctis super Altare, inclinatus dicit:

ORamus te Domine! per merita Sanctorum tuorum (Osculatur Altare in medio), **quorum Reliquiæ hic sunt, et omnium Sanctorum: ut indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.**

Deinde Celebrans manu dextera extensa faciens signum Crucis super librum, incipit Introitum: quo finito junctis manibus alternatim cum Ministris dicit:

KYrie eleison. ℟. Kyrie eleison. Kyrie eleison. ℟. Christe eleison. Christe eleison. ℟. Christe eleison. Kyrie eleison. ℟. Kyrie eleison. Kyrie eleison.

Deinde osculatur Altare in medio, et versus ad populum dicit:

℣. **Dominus vobiscum.**

℟. **Et cum spiritu tuo.**

Postea dicit: **Oremus,** et Orationes, unam aut plures, ut ordo Missæ postulat: sequitur Epistola, Graduale, Tractus cum Versu aut Sequentia, ut tempus postulat.

Deinde delato Missali ad cornu Evangelii, inclinatus in medio, junctis manibus dicit:

MUnda cor meum ac labia mea, omnipotens Deus! qui labia Isaiæ Prophetæ calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde conversus ad librum, junctis manibus dicit ℣. **Dominus vobiscum.** ℟. **Et cum spiritu tuo.** Et pronuntians **Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem,** pollice dextræ manus signat librum in principio Evangelii, quod lecturus est; deinde se in fronte, ore et pectore, et respondetur **Gloria tibi Domine!** et legit Evangelium: quo finito, respondet Minister **Laus tibi Christe!** et immediate osculatur Altare, et versus ad populum dicit ℣. **Dominus vobiscum.** ℟. **Et cum spiritu tuo.** Postea dicit **Oremus,** et Offertorium. Quo dicto, accipit Patenam cum Hostia, quam offerens, dicit:

SUscipe sancte Pater, omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam Hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerabilibus peccatis, offensionibus et negligentiis meis, et pro omnibus circumstantibus, sed et pro omnibus fidelibus Christianis vivis atque defunctis: ut mihi et illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amen.

Deinde faciens Crucem cum eadem Patena, deponit Hostiam super Corporale. Et mittens Vinum in Calicem, et Aquam non benedicens, dicit:

DEus, qui humanæ substantiæ dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabilius reformasti: da nobis per hujus aquæ et vini mysterium, ejus Divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Postea accipit Calicem et offert, dicens:

OFferimus tibi Domine, Calicem salutaris, tuam deprecantes clementiam: ut in conspectu Divinæ Majestatis tuæ, pro nostra et totius mundi Salute cum odore suavitatis ascendat. Amen.

Deinde facit signum Crucis cum Calice, illum ponit super Corporale, et Palla cooperit: tum junctis manibus super Altare, aliquantulum inclinatus, dicit:

IN spiritu humilitatis, et in animo contrito suscipiamur a te, Domine! et sic fiat Sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domini Deus.

Erectus expandit manus, easque in altum porrectas jungens, elevatis ad cœlum oculis et statim demissis, dicit:

VEni Sanctificator omnipotens æterne Deus: (Benedicit oblata, prosequendo): **et bene † dic hoc Sacrificium tuo sancto Nomini præparatum.**

Deinde Sacerdos lavat manus dicens:

LAvabo inter innocentes manus meas: et circumdabo altare tuum Domine!

Ut audiam vocem laudis: et enarrem universa mirabilia tua.

Domine, dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.

Pes meus stetit in directio: in ecclesiis benedicam te, Domine.

Non dicitur *Gloria Patri.*

Deinde aliquantulum inclinatus in medio Altaris, junctis manibus super eo, dicit:

SUscipe, sancta Trinitas! hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam Passionis, Resurrectionis et Ascensionis Jesu Christi Domini nostri: et in honorem beatæ Mariæ semper Virginis, et beati Joannis Baptistæ, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium Sanctorum: ut illis proficiat ad Honorem, nobis autem ad Salutem:

et illi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam agimus in terris. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea osculatur Altare, et versus ad Populum, extendens et jungens manus, voce paululum elevata dicit:

ORate, Fratres! ut meum ac vestrum Sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

Minister, seu circumstantes respondent: alioquin ipsemet Sacerdos.

SUscipiat Dominus Sacrificium de manibus tuis (vel **meis**) **ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.**

Sacerdos submissa voce dicit: **Amen.**

Deinde manibus extensis absolute sine *Oremus*, subjungit Orationes secretas. Quibus finitis, cum pervenerit ad Conclusionem, clara voce dicit: **Per omnia sæcula sæculorum ...**, cum Præfatione sequenti.

§. Præfatio incipitur ambabus Manibus positis hinc inde super Altare: quas aliquantulum elevat, cum dicit **Sursum corda.** Jungit eas ante pectus, et caput inclinat, cum dicit: **Gratias agamus Domino Deo nostro.** Deinde disjungit manus, et disjunctas tenet usque ad finem Præfationis: qua finita, iterum jungit eas, et inclinatus dicit: **Sanctus ...** Et cum dicit: **Benedictus, qui venit ...**, signum Crucis sibi producit a fronte ad pectus.

PEr omnia sæcula sæcu-lo-rum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo, ℣. Sursum cor-da ℟. Habemus ad Dominum. ℟. Gratias agamus Domino Deo nostro.

℟. Dignum et justum est. Vere dignum et justum est æquum

et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere. Domine

sancte, Pater omnipotens, æterne Deus! Per Christum Dominum

nostrum: Per quem Majestatem tuam laudant Angeli, adorant

Dominationes, tremunt Potestates. Cœli cœlorumque Virtutes,

ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus

et nostras voces, ut admitti jubeas deprecamur, supplici

Confessione dicentes:

SAnctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
pleni sunt Cœli et Terra gloria tua, Hosanna in excelsis.
Benedictus, qui venit in nomine Domini, Hosanna in excelsis.



CANON MISSÆ
PRO DEFUNCTIS.

Sacerdos extendens et jungens Manus, elevans ad Cœlum Oculos et statim demittens, profunde inclinatus ante Altare manibus super eo positis dicit:

TE igitur, clementissime Pater! per Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum supplices rogamus, ac petimus, Osculatur Altare, **uti accepta habeas, et benedicas,** Jungit manus, deinde signat ter super Oblata, **hæc † dona, hæc † munera, hæc † sancta Sacrificia illibata,** Extensis manibus prosequitur: **in primis, quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica, quam pacificare, custodire, adunare et regere digneris toto orbe terrarum, una cum famulo tuo Papa nostro** N. **et Antistite nostro** N. **et omnibus orthodoxis, atque Catholicæ et Apostolicæ fidei Cultoribus.**

Commemoratio pro vivis.

MEmento, Domine! famulorum famularumque tuarum N. **et** N. Jungit manus, orat aliquantulum pro quibus orare intendit: deinde manibus extensis prosequitur: **Et omnium Circumstantium, quorum tibi fides cognita est, et nota devotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis, pro se, suisque omnibus: pro Redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suæ: tibique reddunt vota sua æterno Deo, vivo et vero.**

Infra actionem.

COmmunicantes, et memoriam venerantes, in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genitricis Dei et Domini nostri Jesu Christi: sed et beatorum Apostolorum ac Martyrum

tuorum, Petri et Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis et Thaddæi: Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosmæ et Damiani, et omnium Sanctorum tuorum; quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Jungit manus. **Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.**

Tenens manus expansas super Oblata, dicit:

HAnc igitur Oblationem servitutis nostræ, sed et cunctæ Familiæ tuæ, quæsumus Domine! ut placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, et in Electorum tuorum jubeas grege numerari. Jungit manus. **Per Christum Dominum nostrum. Amen.**

QUam Oblationem tu, Deus! in omnibus, quæsumus, Signat ter super Oblata, **bene ✝ dictam, adscri ✝ ptam, ra ✝ tam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris:** Signat semel super Hostiam, et semel super Calicem, **ut nobis Cor ✝ pus et Sang ✝ uis fiat dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi.**

QUi pridie quam pateretur, Accipit Hostiam, **accepit Panem in sanctas ac venerabiles Manus suas:** Elevat oculos ad cœlum: **et elevatis oculis in Cœlum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, Tibi gratias agens,** Signat super Hostiam, **bene ✝ dixit, fregit, deditque Discipulis suis, dicens: Accipite, et manducate ex hoc omnes.**

Tenens ambabus manibus Hostiam inter Indices et Pollices, profert verba Consecrationis secrete, distincte et attente:

Hoc est enim Corpus meum.

Prolatis verbis Consecrationis, statim Hostiam consecratam genuflexus adorat: surgit, ostendit Populo, reponit super Corporale, iterum adorat: et non disjungit Pollices et Indices, nisi quando Hostia tractanda est, usque ad Ablutionem digitorum.

Tunc detecto Calice dicit:

Simili modo, postquam cœnatum est, Ambabus manibus accipit Calicem, **accipiens et hunc præclarum Calicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item Tibi gratias agens,** Sinistra tenens Calicem, dextera signat super eum, **bene ✝ dixit, deditque Discipulis suis, dicens: Accipite et bibite ex eo omnes.**

Profert verba Consecrationis secrete super Calicem, tenens illum parum elevatum.

Hic est enim calix sanguinis mei, novi et aeterni testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis, et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Prolatis verbis Consecrationis, deponit Calicem super Corporale, et dicens secrete: **Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.** Genuflexus adorat, surgit, ostendit populo, deponit, cooperit, et iterum adorat.

Deinde disjunctis manibus dicit:

UNde et memores, Domine! nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejusdem Christi Filii tui Domini nostri tam beatæ Passionis, nec non et ab inferis Resurrectionis, sed et in cœlos gloriosæ Ascensionis: offerimus præclaræ Majestati tuæ de tuis donis ac datis, Jungit manus, et signat ter super Hostiam et Calicem simul, **Hostiam ✝ puram, Hostiam ✝ sanctam, Hostiam ✝ immaculatam,** Signat semel super Hostiam, et semel super Calicem: **Panem ✝ sanctum vitæ æternæ, et Calicem ✝ salutis perpetuæ.**

Extensis manibus prosequitur:

SUpra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris: et accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justi Abel, et Sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, et quod tibi obtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech, sanctum Sacrificium, immaculatam Hostiam.

Profunde inclinatus, junctis manibus et super Altare positis, dicit:

SUpplices te rogamus, omnipotens Deus! jube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime Altare tuum, in conspectu divinæ Majestatis tuæ: ut quotquot, osculatur Altare, **ex hac Altaris participatione, sacrosanctum Filii tui,** Jungit manus, et signat semel super Hostiam, et semel super Calicem, **Cor † pus et San † guinem sumserimus,** Se ipsum signat, **omni benedictione cœlesti et gratia repleamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.**

Commemoratio pro Defunctis.

MEmento etiam, Domine! famulorum, famularumque tuarum N. **et** N.**qui nos præcesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis.**

Jungit manus, orat aliquantulum pro iis defunctis, pro quibus orare intendit: deinde extensis manibus prosequitur:


Ipsis, Domine! et omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indulgeas, deprecamur. Jungit manus, et caput inclinat. **Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.**

Manu dextera percutit sibi pectus, elata parum voce dicens:


NObis quoque peccatoribus famulis tuis, de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam et societatem donare digneris, cum tuis sanctis Apostolis et Martyribus: cum Joanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anastasia, et omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consortium, non Aestimator meriti, sed veniæ, quæsumus, Largitor, admitte. Jungit manus. **Per Christum Dominum nostrum.**


PEr quem hæc omnia, Domine! semper bona creas, Signat ter super Hostiam et Calicem simul, dicens: **sancti † ficas, vivi † ficas, benedi † cis, et præstas nobis.** Discooperit Calicem, genuflectit, accipit Sacramentum dextera, tenens

sinistra Calicem: signat cum Hostia ter a labio ad labium Calicis, dicens: **Per ip✝sum, et cum ip✝so, et in ip✝so,** Bis signat inter Calicem et pectus, **est tibi Deo Patri ✝ omnipotenti, in unitate Spiritus ✝ sancti,** Elevans parum Calicem cum Hostia dicit: **omnis honor et gloria.** Reponit Hostiam, cooperit Calicem, genuflectit, surgit, et dicit:





Jungit manus.








Extendit manus.














Sacerdos submissa voce dicit: **Amen.**

Deinde accipit Patenam inter indicem et medium digitos, et dicit:

Libera nos, quæsumus, Domine! ab omnibus malis præteritis, præsentibus et futuris, et intercedente beata et gloriosa semper Virgine Dei Genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque Andrea, et omnibus Sanctis, Signat se cum Patena a fronte ad pectus, et eam osculatur: **da propitius pacem in diebus nostris: ut ope misericordiæ tuæ adjuti, et a peccato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi.**

Submittit Patenam Hostiæ, discooperit Calicem, genuflectit, surgit, accipit Hostiam, frangit eam super Calicem per medium, dicens:

Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum:

Partem, quæ in dextera est, ponit super Patenam. Deinde ex parte, quæ in sinistra remansit, frangit particulam, dicens:


Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus:

Aliam mediam partem cum ipsa sinistra ponit super Patenam, et dextera tenens particulam super Calicem, sinistra Calicem, dicit:




Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Cum ipsa particula signat ter super Calicem, dicens:



Pax ✝ Domini sit ✝ semper vobis ✝ cum.



℟. Et cum spiritu tuo.

Particulam ipsam immittit in Calicem, dicens secreto:

HÆc commixtio et consecratio Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, fiat accipientibus nobis in vitam æternam, Amen.

Cooperit Calicem, genuflectit, surgit, et inclinatus Sacramento, junctis manibus, pectus non percutiens, dicit.

Agnus Dei! qui tollis peccata mundi; dona eis requiem.
Agnus Dei! qui tollis peccata mundi; dona eis requiem.
Agnus Dei! qui tollis peccata mundi; dona eis requiem sempiternam.

Deinde junctis Manibus super Altare, inclinatus dicit sequentes Orationes:

DOmine Jesu Christe! Filii Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu sancto, per mortem tuam mundum vivificasti: libera me per hoc sacrosanctum Corpus et Sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, et universis malis: et fac me tuis semper inhærere mandatis, et a te nunquam separari permittas: Qui cum eodem Deo patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum, Amen.

PErceptio Corporis tui, Domine Jesu Christe! quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proveniat in judicium et condemnationem, sed pro tua Pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis, et ad medelam percipiendam: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Genuflectit, surgit, et dicit:

PAnem cœlestem accipiam, et nomen Domini invocabo.

Deinde parum inclinatus accipit ambas partes Hostiæ inter Pollicem et Indicem sinistræ manus, et Patenam inter eundem Indicem et Medium, et dextera percutiens Pectus, elevata aliquantulum Voce, dicit ter devote et humiliter:

DOmine! non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

Postea dextera se signans cum Hostia super Patena, dicit:

COrpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam, Amen.

Sumit reverenter ambas partes Hostiæ, jungit manus, et quiescit aliquantulum in meditatione sanctissimi Sacramenti. Deinde discooperit Calicem, genuflectit, colligit fragmenta, si quæ sint, extergit Patenam super Calicem, interim dicens:

QUid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo. Laudans invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero.

Accipit Calicem manu dextera, et eo se signans dicit:

SAnguis Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam, Amen.

Sumit totum Sanguinem cum particula. Quo sumto, si qui in casu extraordinario sunt communicandi, eos communicet, tunc se purificet. Postea dicit:

QUod ore sumsimus, Domine! pura mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.

Interim porrigit Calicem ministro, qui infundit in eo parum Vini, quo se purificat; deinde prosequitur:

COrpus tuum, Domine! quod sumsi, et Sanguis, quem potavi, adhæreat visceribus meis: et præsta, ut in me non remaneat scelerum macula, quem pura et sancta refecerunt Sacramenta. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Abluit digitos, extergit, et sumit Ablutionem: extergit Os et Calicem, quem operit, et plicato Corporali, collocat in Altari ut prius: deinde prosequitur Missam.

Dicto, post ultimam Orationem,

Dominus vobiscum. ℟. **Et cum spiritu tuo.**

Dicit ℣. **Requiescant in pace.** ℟. **Amen.**

In Missis solemnibus hoc tono cantatur.



PLaceat tibi, sancta Trinitas! obsequium servitutis meæ, et præsta, ut Sacrificium, quod oculis tuæ Majestatis indignus obtuli, Tibi sit acceptabile, mihique, et omnibus, pro quibus illud obtuli, sit te miserante, propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde osculatur Altare, et legit Evangelium sancti Joannis.

Initium sancti Evangelii secundum Joannem.

Joann. 1.

IN principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per Ipsum facta sunt, et sine Ipso factum est nihil, quod factum est: in Ipso vita erat, et vita erat Lux hominum: et Lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de Lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille Lux, sed ut testimonium perhiberet de Lumine. Erat Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In Propria venit, et Sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem Filios Dei fieri, his, qui credunt in Nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. (Hic genuflectitur). **ET VERBUM CARO FACTUM EST, et habitavit in nobis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum Gratiæ et Veritatis.**

℟. Deo gratias.

Finito Evangelio sancti Joannis, discedens Sacerdos ab Altari, pro gratiarum actione dicit Antiphonam **Trium Puerorum...** cum reliquis.

MISSAE PROPRIAE


PRO DEFUNCTIS.

IN COMMEMORATIONE


OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM.


Introitus.















Oratio.

Fidelium, Deus, omnium Conditor et Redemptor! animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.


Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. 1. Cor. 15. g.


FRatres! Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in novissima tuba: canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti: et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem; et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua? Ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est: virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum.

Graduale.












Tractus.



Sequentia.



mi-rum spar-gens so-num Per se-pul-chra re-gi-o-num,
pe - bit et na - tu - ra, Cum re-sur-get cre-a-tu - ra,

Co-get om - nes an-te thronum. 5. Li-ber scriptus pro-
Ju-di - can ti re-spon-su-ra. 6. Ju-dex er - go cum

fe-re-tur, In quo to-tum con-ti-ne-tur, Un-de mundus
se-de-bit, Quid-quid la-tet, ap-pa-re-bit; Nil in-ul - tum

ju - di - ce-tur. 7. Quid sum mi-ser tunc di-ctu-rus? Quem
re-ma-ne-bit. 8. Rex tre-men-dæ Ma - je-sta-tis, Qui


Pa-tro-num ro - ga - tu-rus? Cum vix ju-stus sit se-cu-rus.
sal-van-dos sal-vas gra-tis, Sal - va me fons pi - e-ta - tis.


9. Re - cor - da-re, Je - su pi - e, Quod sum cau-sa tu - æ
10. Quæ-rens me se - di-sti-las-sus, Re - de - mi-sti, crucem


vi - æ, Ne me per - das il - la di - e. 11. Ju-ste Ju-dex
pas- sus; Tan-tus la - bor non sit cas-sus. 12. In-ge - mi-sco


ul - ti - o-nis, Do-num fac re-mis-si - o - nis An - te
tan-quam re-us, Cul - pa ru-bet vul-tus me-us, Sup-pli-


di - em ra - ti - o - nis. 13. Qui Ma - ri - am ab - sol - vi - sti,
can-ti par-ce De-us. 14 Pre-ces me - æ non sunt dignæ;

















 Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.

Joann. 5. d.

IN illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum: Amen, amen, dico vobis: quia venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei: et qui audierint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso: et potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei: et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii.

Offertorium.

Domine Jesu Christe, Rex glo - ri-æ, li-be-ra.

. a - nimas omnium fi-de - lium de-func-to-rum de pœnis

infer - ni, et de profundo la - cu: libera e-as de

o - re le-o - nis, ne absorbeat e-as tar-tarus,

ne cadant in obscu - rum: Sed signifer sanctus

Micha-el repræsentet e - - as in lu - cem

sanctam: Quam olim Abrahæ promi-si-sti, et se-

mini e - jus. ℣. Hostias, et preces

tibi, Domine, laudis of - fe-rimus. Tu suscipe pro

a-nima - bus illis, quarum hodi-e memoriam fa-cimus,

fac e-as, Domine, de morte trans-i - re ad vitam.




Secreta.

Hostias, quæsumus, Domine! quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: ut, quibus fidei Christianæ meritum contulisti, dones et præmium. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat...

Sanctus.



Benedictus.



Agnus Dei.



Communio.

Lux æ-terna luceat e-is, Domine: Cum sanctis tuis in

æternum: quia pi-us es. Requiem æternam dona e-is

Domine: Et lux perpetua luceat eis. Cum sanctis tu-is in

æternum: quia pi-us es

Postcommunio.

Animabus, quæsumus, Domine! famulorum famularumque tuarum oratio proficiat Supplicantium: ut eas et a peccatis omnibus exuas, et tuæ redemtionis facias esse participes. Qui vivis et regnas cum Deo Patre . . .

Dicto Dominus vobiscum . . . dicitur: Et cum spiritu tuo.

℣. Requiescant in pa-ce. ℟. Amen.

Et non datur benedictio: sed dicto secreto Placeat tibi sancta Trinitas . . . et osculato Altari, legitur Evangelium sancti Joannis: In principio erat Verbum . . . ut moris est.

IN DIE OBITUS SEU DEPOSITIONIS DEFUNCTI.

Introitus vide latus 73.

DEus, cui proprium est misereri semper et parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui N. (vel famulæ tuæ N.) quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti: ut non tradas

eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi, et ad patriam paradisi perduci; ut, quia in te speravit et credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Dominum...

Orationes in die tertio, septimo etc. habentur infra. 83

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses. 1. Thes. 4. c.

FRatres! Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut et ceteri, qui spem non habent. Si enim credimus, quod Jesus mortuus est, et resurrexit: ita et Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu, et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de cœlo: et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aëra, et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

Graduale vide latus 75.
Sequentia vide latus 76.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.
Joann. 11. c.

IN illo tempore: Dixit Martha ad Jesum: Domine! si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio, quia quæcunque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio, quia resurget in Resurrectione in novissimo die. Dixit ei Jesus: Ego sum Resurrectio et Vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis, qui vivit et credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Utique Domine! ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.

Offertorium vide latus 79.

Secreta.

PRopitiare, quæsumus, Domine! animæ famuli tui N. (vel famulæ tuæ N.) pro qua hostiam laudis tibi immolamus, Majestatem tuam suppliciter deprecantes: ut per hæc piæ Placationis officia pervenire mereatur ad requiem sempiternam. Per Dominum...

Communio vide latus 81.

Postcommunio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens Deus! ut anima famuli tui N. (vel famulæ tuæ N.), quæ hodie de hoc sæculo migravit, his Sacrificiis purgata et a peccatis expedita, Indulgentiam pariter et Requiem capiat sempiternam. Per Dominum...

§. In die tertio, septimo et trigesimo Depositionis defuncti, dicitur Missa ut supra, exceptis Orationibus, quæ dicuntur ut infra:

Oratio.

QUæsumus, Domine! ut animæ famuli tui N. (vel famulæ tuæ N.), cujus Depositionis diem tertium (vel septimum, vel trigesimum) commemoramus, Sanctorum atque Electorum tuorum largiri digneris consortium: et rorem misericordiæ tuæ perennem infundas. Per Dominum nostrum...

Secreta.

MUnera, quæsumus, Domine! quæ tibi pro anima famuli tui N. (vel famulæ tuæ N.) offerimus, placatus intende: ut remediis purgata cœlestibus, in tua pietate requiescat. Per Dominum...

Postcommunio.

SUscipe, Domine! preces nostras pro anima famuli tui N. (vel famulæ tuæ N.) ut, si quæ ei maculæ de terrenis contagiis adhæserunt, Remissionis tuæ misericordia deleantur. Per Dominum...

IN ANNIVERSARIO DEFUNCTORUM.

Pro uno vel una Defuncta.

Oratio.

DEus, indulgentiarum Domine! da animæ famuli tui (vel famulæ tuæ), cujus anniversarium depositionis diem commemoramus; refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Dominum...

Pro pluribus Defunctis.

Oratio.

DEus, indulgentiarum Domine! da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum quarumque anniversarium depositionis diem commemoramus; refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Dominum...

Lectio libri Machabæorum.
2 Machab. 12 g.

IN diebus illis: Vir fortissimus Judas, facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam, offerri pro peccatis mortuorum Sacrificium, bene et religiose de Resurrectione cogitans. (Nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis.) Et quia considerabat, quod hi, qui cum Pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.
Joann. 6. d.

IN illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum: Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet: et eum, qui venit ad me, non ejiciam foras: quia descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me. Hæc est autem voluntas ejus, qui misit me, Patris: ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die. Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit

me: ut omnis, qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam æternam; et ego resuscitabo eum in novissimo die.

Pro uno Defuncto.

Secreta.

PRopitiare, Domine! supplicationibus nostris, pro anima famuli tui (vel famulæ tuæ), cujus hodie annua dies agitur, pro qua tibi offerimus Sacrificium laudis: ut eam Sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dominum nostrum...

Pro pluribus Defunctis.

Secreta.

PRopitiare, Domine! supplicationibus nostris, pro animabus famulorum famularumque tuarum, quorum quarumque hodie annua dies agitur, pro quibus tibi offerimus Sacrificium laudis: ut eas Sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dominum nostrum...

Pro uno Defuncto.

Postcommunio.

PRæsta, quæsumus, Domine! ut anima famuli tui (vel famulæ tuæ), cujus anniversarium depositionis diem commemoramus, his purgata Sacrificiis, indulgentiam pariter et requiem capiat sempiternam. Per Dominum nostrum...

Pro pluribus Defunctis.

Postcommunio.

PRæsta, quæsumus, Domine! ut animæ famulorum famularumque tuarum, quorum quarumque anniversarium depositionis diem commemoramus, his purgatæ Sacrificiis, indulgentiam pariter et requiem capiant sempiternam. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit...

IN MISSIS QUOTIDIANIS DEFUNCTORUM.

Oratio.

Pro defunctis Episcopis seu Sacerdotibus.

DEus! qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali, seu Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit...

Oratio.

Pro defunctis Fratribus, Propinquis et Benefactoribus.

DEus, veniæ Largitor, et humanæ salutis Amator! quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Congregationis Fratres, Propinquos et Benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt: beata Maria semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum...

Oratio.

Pro omnibus Fidelibus defunctis.

FIdelium, Deus, omnium Conditor et Redemptor! animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas cum Deo patre...

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Apoc. 14. c.

IN diebus illis: Audivi vocem de cœlo dicentem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo jam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.

Joann. 6. f.

IN illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi. Si quis manducaverit

ex hoc pane, vivet in æternum: et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen dico vobis: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: et Ego resuscitabo eum in novissimo die.

Secreta.

Pro defunctis Episcopis seu Sacerdotibus.

SUscipe, Domine! quæsumus, pro animabus famulorum tuorum Pontificum seu Sacerdotum, quas offerimus hostias: ut, quibus in hoc sæculo Pontificale seu Sacerdotale donasti meritum, in cœlesti regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat...

Secreta.

Pro defunctis Fratribus, Propinquis et Benefactoribus.

DEus, cujus misericordiæ non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ: et animabus Fratrum, Propinquorum et Benefactorum nostrorum, quibus tui Nominis dedisti confessionem, per hæc Sacramenta salutis nostræ cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per Dominum nostrum...

Secreta.

Pro omnibus Fidelibus defunctis.

HOstias, quæsumus, Domine! quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: ut, quibus fidei Christianæ meritum contulisti, dones et præmium. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat...

Postcommunio.

Pro defunctis Episcopis seu Sacerdotibus.

PRosit, quæsumus, Domine! animabus famulorum tuorum Pontificum, seu Sacerdotum, misericordiæ tuæ implorata

Clementia: ut Ejus, in quo speraverunt et crediderunt, æternum capiant, te miserante, consortium. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum...

Postcommunio.

Pro defunctis Fratribus, Propinquis et Benefactoribus.

PRæsta, quæsumus, omnipotens et misericors Deus! ut animæ Fratrum, Propinquorum et Benefactorum nostrorum, pro quibus hoc Sacrificium laudis tuæ obtulimus Majestati; per hujus virtutem Sacramenti a peccatis omnibus expiatæ, Lucis perpetuæ, te miserante, recipiant beatitudinem. Per Dominum...

Postcommunio.

Pro omnibus Fidelibus defunctis.

ANimabus, quæsumus, Domine! famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium: ut eas et a peccatis omnibus exuas, et tuæ redemtionis facias esse participes. Qui vivis et regnas cum Deo Patre...

§. Epistolæ et Evangelia, superius posita in una Missa pro Defunctis, dici possunt etiam in alia Missa similiter pro Defunctis.

ORATIONES DIVERSAE PRO DEFUNCTIS.

§. 1. In die Depositionis et Anniversario Summi Pontificis dicitur prima Missa ut supra, fol. 20, præter Orationes, quæ dicuntur ut infra.

Oratio.

DEus! qui inter Summos Sacerdotes famulum tuum N. ineffabili tua dispositione connumerari voluisti: præsta quæsumus; ut, qui unigeniti Filii tui vices in terris gerebat, sanctorum tuorum Pontificum consortio perpetuo aggregetur. Per eundem Dominum...

Secreta.

SUscipe, Domine! quæsumus, pro anima famuli tui N. Summi Pontificis, quas offerimus Hostias: ut, cui in hoc sæculo Pontificale donasti meritum, in cœlesti Regno Sanctorum istorum jubeas jungi consortio. Per Dominum...

Postcommunio.

PRosit, quæsumus, Domine! animæ famuli tui N. Summi Pontificis, misericordiæ tuæ implorata Clementia: ut ejus, in quo speravit et credidit, æternum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum nostrum...

§. Pro Episcopo Cardinali defuncto.

Oratio.

DEus! qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Episcopum Cardinalem Pontificali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum...

Secreta.

SUscipe, Domine! quæsumus, pro anima famuli tui N. Pontificis Cardinalis, quas offerimus Hostias: ut, cui in hoc sæculo Pontificale donasti meritum, in cœlesti regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per Dominum...

Postcommunio.

PRosit, quæsumus, Domine! animæ famulæ tui N. Pontificis Cardinalis, misericordiæ tuæ implorata Clementia; ut ejus, in quo speravit et credidit, æternum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum...

§. 3. Pro Presbytero Cardinali defuncto.

Oratio.

DEus! qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Presbyterum Cardinalem sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum...

Secreta.

SUscipe, Domine! quæsumus, pro anima famuli tui N. Presbyteri Cardinalis, quas offerimus Hostias: ut, cui in hoc sæculo Sacerdotale donasti meritum, in cœlesti regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per Dominum...

Postcommunio.

PRosit, quæsumus Domine! animæ famuli tui N. Presbyteri Cardinalis, misericordiæ tuæ implorata Clementia: ut ejus, in quo speravit et credidit, æternum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum...

§. 4. Pro Diacono Cardinali defuncto.

Oratio.

INclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui N. Diaconi Cardinalis, quam de hoc sæculo migrare jussisti, in Pacis ac Lucis regione constituas; et Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Dominum nostrum:

Secreta.

ANnue nobis, quæsumus, Domine! ut animæ famuli tui N. Diaconi Cardinalis hæc prosit Oblatio: quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum...

Postcommunio.

ABsolve, quæsumus, Domine! animam famuli tui N. Diaconi Cardinalis, ab omni vinculo delictorum: ut in Resurrectionis gloria inter Sanctos et Electos tuos resuscitatus respiret. Per Dominum...

§. 5. Pro defuncto Episcopo dicitur prima Missa, ut supra fol. 20. Orationes vero ut infra:

Oratio.

DEus! qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Pontificali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; ut

eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum Jesum Christum...

Secreta.

SUscipe, Domine! quæsumus, pro anima famuli tui N. Pontificis, quas offerimus Hostias: ut, cui in hoc sæculo Pontificale donasti meritum; in cœlesti Regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per Dominum nostrum...

Postcommunio.

PRosit, quæsumus, Domine! animæ famuli tui N. Pontificis misericordiæ tuæ implorata clementia: ut ejus, in quo speravit et credidit, æternum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum...

§. Pro defuncto Episcopo.

Alia Oratio.

DA nobis, Domine! ut animam famuli tui N. Episcopi, quam de hujus sæculi eduxisti laborioso certamine, Sanctorum tuorum tribuas esse consortem. Per Dominum...

Secreta.

ANnue nobis, quæsumus, Domine! ut animæ famuli tui N. Episcopi hæc prosit oblatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum...

Postcommunio.

HIs sacrificiis, quæsumus, omnipotens Deus! purgata anima famuli tui N. Episcopi ad indulgentiam et refrigerum sempiternum pervenire mereatur. Per Dominum...

§. Pro defuncto Sacerdote.

Oratio.

DEus! qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum N. Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum Jesum Christum...

Secreta.

SUscipe, Domine! quæsumus, pro anima famuli tui N. Sacerdotis, quas offerimus, Hostias: ut, cui in hoc sæculo sacerdotale donasti meritum; in cœlesti regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per Dominum...

Postcommunio.

PRosit, quæsumus, Domine! animæ famuli tui N. Sacerdotis misericordiæ tuæ implorata Clementia: ut ejus, in quo speravit et credidit, æternum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum...

* Si fuerint plures, dicatur ut supra in quarta Missa. Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulos tuos... fol. 26.

§. Pro defuncto Sacerdote.

Alia Oratio.

PRæsta, quæsumus, Domine! ut anima famuli tui N. Sacerdotis, quem in sæculo commorantem sacris muneribus decorasti, in cœlesti sede gloriosa semper exultet. Per Dominum...

Secreta.

SUscipe, Domine! quæsumus, pro anima famuli tui N. Sacerdotis, quas offerimus Hostias: ut, cui sacerdotale donasti meritum, dones et præmium. Per Dominum...

Postcommunio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens Deus! ut animam famuli tui N. Sacerdotis in congregatione Justorum æternæ beatitudinis jubeas esse consortem. Per Dominum...

* Et possunt dici pro pluribus in numero plurali.

§. 7. Orationes ad Missas pro defuncto Imperatore, Rege, Duce aut Principe etc.

Oratio.

DEus! qui inter Christianos Principes ac Dominantes in terris famulum tuum N. imperatoria (vel regali, ducali

ut principali fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus; ut eorum quoque perpetuo in cœlis aggregetur consortio. Per Dominum nostrum...

Secreta.

SUscipe, Domine! quæsumus, pro anima famuli tui N. Imperatoris (vel Regis, Ducis aut Principis) quas offerimus Hostias: ut, cui in hoc sæculo imperiale (vel regale, ducale aut principale) dedisti munus, in cœlesti regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per Dominum...

Postcommunio.

PRosit, quæsumus, Domine! animæ famuli N. Imperatoris (vel Regis, Ducis aut Principis) misericordiæ tuæ implorata Clementia: ut ejus, in quo speravit et credidit, æternum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum nostrum...

§. Pro defuncta Imperatrice, Regina, Ducissa, aut Principissa.

Oratio.

QUæsumus, Domine! pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ N. Imperatricis (vel Reginæ, Ducissæ aut Principissæ), et a contagiis mortalitatis exutam in æternæ Salvationis partem restitue. Per Dominum nostrum...

Secreta.

HIs Sacrificiis, quæsumus, Domine! anima famulæ tuæ N. Imperatricis (vel Reginæ, Ducissæ aut Principissæ) a peccatis omnibus exuatur, sine quibus a culpa nemo liber existit; ut per hæc piæ Placationis officia perpetuam misericordiam consequatur. Per Dominum nostrum...

Postcommunio.

INveniat, quæsumus, Domine! anima famulæ tuæ N. Imperatricis (vel Reginæ, Ducissæ aut Principissæ) lucis æternæ consortium, cujus perpetuæ misericordiæ consecuta est Sacramentum. Per Dominum...

§. 9. Pro uno Defuncto.

Oratio.

INclina, Domine! aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam Famuli tui, quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas; et Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Dominum...

Secreta.

ANnue nobis, quæsumus, Domine! ut animæ Famuli tui hæc prosi Oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum nostrum...

Postcommunio.

ABsolve, quæsumus, Domine! animam Famuli tui ab omni vinculo delictorum, ut in Resurrectionis gloria inter Sanctos et Electos tuos resuscitatus respiret. Per Dominum...

§. 10. Pro una Defuncta.

Oratio.

QUæsumus, Domine! pro tua pietate miserere animæ Famulæ tuæ: et a contagiis mortalitatis exutam, in æternæ Salvationis partem restitue. Per Dominum nostrum..,

Secreta.

HIs Sacrificiis, quæsumus, Domine! anima Famulæ tuæ a peccatis omnibus exuatur, sine quibus a culpa nemo liber existit: ut per hæc piæ Placationis officia, perpetuam misericordiam consequatur. Per Dominum...

Postcommunio.

INveniat, quæsumus, Domine! anima Famulæ tuæ lucis æternæ consortium: cujus perpetuæ misericordiæ consecuta est Sacramentum. Per Dominum...

§. 11. Pro Patre et Matre Sacerdotis.

Oratio.

DEus! qui nos Patrem et Matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus Patris et Matris meæ, eorum-

que peccata dimitte; meque eos in æternæ Claritatis gaudio fac videre. Per Dominum...

Secreta.

SUscipe Sacrificium, Domine! quod tibi pro animabus Patris et Matris meæ offero: eisque gaudium sempiternum in regione vivorum concede; meque cum illis felicitati Sanctorum conjunge. Per Dominum nostrum...

Postcommunio.

COElestis participatio Sacramenti, quæsumus, Domine! animabus Patris et Matris meæ requiem et lucem obtineat perpetuam; meque cum illis gratia tua coronet æterna. Per Dominum nostrum Jesum Christum...

§. 12 Si pro Patre tantum, vel pro Matre tantum, dicitur in singulari sequens

Oratio.

DEus! qui nos Patrem et Matrem honorare præcepisti: miserere clementer animæ Patris mei (vel Matris meæ) ejusque peccata dimitte: meque eum (vel eam) in æternæ Claritatis gaudio fac videre. Per Dominum...

Secreta.

SUscipe sacrificium, Domine! quod tibi pro anima Patris mei (vel Matris meæ) offero: eique gaudium sempiternum in regione vivorum concede; meque cum illo (vel illa) felicitati Sanctorum conjunge. Per Dominum...

Postcommunio.

COElestis participatio Sacramenti, quæsumus, Domine! animæ Patris mei (vel Matris meæ) requiem et lucem obtineat perpetuam: meque cum illo (vel illa) gratia tua coronet æterna. Per Dominum nostrum...

§. 13 Pro defunctis Fratribus, Propinquis et Benefactoribus.

Oratio.

DEus veniæ Largitor et humanæ salutis Amator! quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Congregationis Fratres, Pro-

pinquos et Benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ Beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dominum nostrum...

Secreta.

DEus! cujus misericordiæ non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ: et animabus Fratrum, Propinquorum et Benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem; per hæc Sacramenta salutis nostræ, cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per Dominum...

Postcommunio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens et misericors Deus! ut animæ fratrum, Propinquorum et Benefactorum nostrorum, pro quibus hoc Sacrificium laudis tuæ obtulimus Majestati; per hujus virtutem Sacramenti a peccatis omnibus expiatæ, lucis perpetuæ, te miserante, recipiant beatitudinem. Per Dominum...

§. 14. Pro his, qui in cœmeterio requiescunt.

Oratio.

DEus! cujus miseratione animæ Fidelium requiescunt: Famulis et Famulabus tuis, et omnibus hic et ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum; ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per eundem Dominum nostrum...

Secreta.

PRo animabus Famulorum Famularumque tuarum, et omnium Catholicorum hic et ubique in Christo dormientium, Hostiam, Domine! suscipe benignus oblatam: ut hoc Sacrificio singulari, vinculis horrendæ mortis exuti, vitam mereantur æternam. Per eundem Dominum...

Postcommunio.

DEus! fidelium lumen animarum, adesto supplicationibus nostris: et da Famulis et Famulabus tuis, quorum corpora

hic et ubique in Christo requiescunt, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per eundem Dominum nostrum...

§. 15. Pro pluribus Defunctis.

Oratio.

DEus! cui proprium est misereri semper et parcere: propitiare animabus Famulorum Famularumque tuarum, et omnia eorum peccata dimitte, ut mortalitatis vinculis absolutæ, transire mereantur ad vitam. Per Dominum...

Secreta.

ANnue nobis, quæsumus, Domine! ut animabus Famulorum Famularumque tuarum hæc prosit Oblatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum...

Postcommunio.

DEus! cui soli competit, medicinam præstare post mortem: præsta quæsumus; ut animæ Famulorum Famularumque tuarum terrenis exutæ contagiis, in tuæ Redemtionis parte numerentur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus...

§. 16. Pro pluribus Defunctis.

Alia Oratio.

ANimabus, quæsumus, Domine! Famulorum Famularumque tuarum misericordiam concede perpetuam: ut iis proficiat in æternum, quod in te speraverunt et crediderunt. Per Dominum...

Secreta.

HIs, Domine! quæsumus, placatus intende muneribus: et quod ad laudem tui Nominis supplicantes offerimus, ad indulgentiam proficiat defunctorum. Per Dominum nostrum...

Postcommunio.

SUpplices, Domine! pro animabus Famulorum Famularumque tuarum preces effundimus, obsecrantes: ut, quidquid

conversatione contraxerunt humana, et clementer indulgeas, et in tuorum sede lætantium constituas redemtorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum...

℟. **Amen.**

Dicto **Dominus vobiscum...**dicitur: **Requiescant in pace.** ℟. **Amen.** Et non datur benedictio: sed dicto secreto **Placeat tibi sancta Trinitas...**et osculato Altari, legitur Evangelium sancti Joannis: **In principio erat Verbum...** ut moris est.

ORDO OFFICII

IN

EXEQUIIS PRO DEFUNCTIS ADULTIS

absente corpore defuncti, et in visitatione feretri vel Sepulchri in die depositionis, septimi, trigesimi, aniversarii vel alio die faciendi.

Quodsi totum faciendum sit in Exequiis officium, eo die, quo bene visum fuerit, in Ecclesia dicatur officium mortuorum cum tribus Nocturnis, Laudibus et Antiphonis duplicatis, vel saltem unum Nocturnum cum tribus Lectionibus, Laudibus ac Missa. Finita Missa celebrans deponit manipulum et planetam, accipit pluviale nigri coloris (ubi haberi potest) et præcedentibus 1) Subdiacono vel ministro uno cum Cruce. 2) Clero, 3) duobus Ceroferariis cum luminibus accensis, 4) et duobus Acolythis vel duobus aliis ministris, uno cum navicula incensi et thuribulo, ac altero cum vasculo aquæ benedictæ et aspersorio et hoc libro Rituali accedit cum Diacono a sinistris ad Sepulchrum vel Tumbam.

Quodsi autem Tumba sit erigenda, erigatur ad modum, quo olim feretrum cum corpore defuncti in medio Ecclesiæ ponebatur, ita nempe, ut caput defuncti, si fuit Sacerdos, fuerit collatum versus Altare majus; si vero laicus, pedes fuerint versus id ipsum.

Cum pervenerit Subdiaconus cum Cruce et Clerus ad Sepulchrum vel Tumbam, sistit se ad Caput defuncti cum Cruce, medius inter duos Acolythos seu ceroferarios cum candelabris et candelis accensis, et omnes alii Clerici stant in circuitu Sepulchri vel Tumbæ; Sacerdos autem cum Diacono et Assistente aliisque ministris, facta Altari reverentia sistit se contra Crucem ad pedes Defuncti, retro adstantibus ei a sinistris duobus Acolythis cum thuribulo et aqua benedicta cum aspersorio et libro rituali, et absolute dicit sequentem Orationem:

Non intres in judicium cum servo tuo, Domine! quia nullus apud Te justificabitur homo, nisi per Te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua judicialis sententia premat, quem Tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat: sed Gratia tua illi succurrente, mereatur evadere judicium ultionis, qui dum viveret, insignitus est signaculo sanctæ Trinitatis: Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde a circumstante Clero vel a Choro seu Cantoribus (nisi Sacerdos ipse cantare debeat) sequens cantatur Responsorium. Interim ministratur Sacerdoti incensum, qui illud benedicens in thuribulum imponit.

Libera me Do - mine, de morte æter - na in

di-e il-la tremenda: Quando coe - li movendi

sunt, et ter-ra: Dum ve - - - - neris judica-

re sæ - culum per ig-nem. ℣. Tremens

factus sum ego et ti - meo, dum discussi-o ve-

nerit, atque ven - tu - ra i - ra ✱ Quando coe - li etc.

℣. Dies il-la, di-es i - ræ, calamitatis et mi - se - riæ,

dies magna et a-mara valde. † Dum ve-

neris. ℣. Requiem æternam dona e - is Do-

mine, et lux perpetua lu - ceat eis. ℣. Libera me

Do - mine etc.

Circa finem hujus Responsorii Sacerdos, Diacono vel Acolytho ministrante, accipit incensum de navicula et ponit in thuribulum, et finito Responsorio vel ipse Sacerdos, vel (si adfuerint Cantores)

Cantor cum primo Choro cantat:

Kyri-e e-le-i-son.

et secundus Chorus respondet:

Christe e-le-i-son.

Deinde omnes simul cantant:

Kyri-e e - le-i-son.

Mox sacerdos cantat alta voce:

Pater noster,

quod secreto dicitur ab omnibus: et ipse interim accipit a Diacono vel Acolytho aspersorium Aquæ benedictæ, et facta profunda inclinatione Cruci, quæ est ex adverso, Diacono, seu ministro genuflectente, et fimbrias pluvialis sublevante, circumiens Tumbam (si transit ante Sacramentum, genuflectit) seu Sepulchrum ab utroque latere aspergit illud, ei reversus ad locum suum, Diacono ministrante accipit thuribulum, ac eodem modo circuit feretrum, et illud incensat, ubi asperserat. Postea reddito thuribulo ei, a quo acceperat, stans in loco suo, Acolytho, seu alio ministro tenente librum apertus ante se, dicit:

℣. **Et ne nos inducas in tentationem.**

℟. **Sed libera nos a malo.**

℣. **A porta inferi.**

℟. **Erue Domine animam ejus (animas eorum).**

℣. **Requiescat (scant) in pace.** ℟. **Amen.**

℣. **Domine exaudi orationem meam.**

℟. **Et clamor meus ad te veniat.**

℣. **Dominus vobiscum.**

℟. **Et cum spiritu tuo.**

O r e m u s.

Absolve quæsumus Domine animam famuli tui N. (famulæ tuæ N.), ut defunctus (defuncta) sæculo tibi vivat: et peccata, quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. ℟. **Amen.**

℣. **Requiem æternam dona ei (eis) Domine.**

℟. **Et lux perpetua luceat ei (eis).**

℣. **Requiescat (cant) in pace.**

℟. **Amen.**

Loco orationis supra positæ dici potest et alia oratio e. g. **Deus, cui proprium est, miserere etc.** vel alia oratio

conveniens ex Vesperis Officii defunctorum desumpta. Si officium fuerit pro pluribus defunctis, Oratio et ℣. dicantur in plurali numero: si fuerit Sacerdos, vel Episcopus, in Oratione exprimitur nomen dignatis etc.

Prædictus autem Officii ritus pro defunctis adultis tam Sacerdotibus et Clericis, quam laicis, servari debet.

Quod si absolutio defuncti peragitur coram sepulchro, omnibus his rite expletis, juxta locorum consuetudinem admonitio ad circumstantes fiat his aut similibus verbis:

Andächtige in Christo!

Wir haben uns noch einmal am Grabe unsers verstorbenen Mitbruders (unserer verstorbenen Mitschwester) versammelt, um da, wo sein (ihr) entseelter Leib im Schooße der Erde ruht, jene ewige Ruhe und jenen ungestörten Frieden für die abgeschiedene Seele von Gott zu erflehen, welchen die Auserwählten im Himmel in unaussprechlicher Freude genießen. Darum bethete ich so eben im Namen der heil. katholischen Kirche, daß Gott die aus dem irdischen Leben geschiedene Seele von allen Sünden, die sie aus menschlicher Gebrechlichkeit in diesem Leben begangen hat, nach seiner allbarmherzigen Güte reinige. Darum wollen wir auch noch bethen, ehe wir diese Grabstätte verlassen, und dabei in christlicher Liebe Aller gedenken, deren Leiber in diesem Gottesacker ruhen, und der Auferstehung entgegenharren. An Viele aus diesen werden vielleicht selbst Manche ihrer Verwandten nicht gedenken. Unsere heilige katholische Kirche lehrt uns aber, mit Liebe für alle Verstorbene zu bethen, und wer für diese mit Liebe bethet, wird gewiß auch Fürbitter nach seinem Tode finden. Es waltet eine heilige Vergeltung!

Während wir aber uns erinnern an die Pflicht der Liebe, für die Verstorbenen zu bethen, sollen wir auch nicht vergessen, die Pflicht der Gerechtigkeit, welche uns nicht erlaubt, unsern Mitbruder zu verurtheilen, und uns ein Richteramt über denselben anzumaßen, welches Gott dem untäuschbaren Herzenskenner allein zusteht. Nur Gutes sollen wir von den Verstorbenen reden. Wer nur an ihre guten


Reden, Lehren und Ermahnungen, an ihre guten Eigenschaften und Handlungen mit Liebe und Dank gegen Gott gedenkt, und sich dadurch aufmuntert zur treuen Nachfolge Jesu, zur Erfüllung aller seiner Pflichten: dessen Gebeth und Almosen, welches er für die Verstorbenen entrichtet, wird auch angenehm sein vor Gott; und wenn er einst aus diesem Leben scheidet, werden ihm seine guten Werke und das Gebet der Frommen nachfolgen; er wird einärnten, was er hier gesäet hat, und es wird auch dann an ihm erfüllt werden das Wort des Herrn: Selig sind die Barmherzigen, denn sie werden Barmherzigkeit erlangen.

Um diese Barmherzigkeit lasset uns nun auch für unsern verstorbenen Mitbruder, (unsere verstorbene Mitschwester,) und für alle, die hier begraben liegen, zu Gott rufen mit einem andächtigen Vater unser und englischen Gruß.



ORDO SEPELIENDI PARVULOS.

In domo parvuli mortui, aut ad portas cœmeterii, ubi funus positum est, dicat sacerdos, superpelliceo et stola alba indutus, quæ sequuntur:



Ant. Sit nomen Domini.

II. Ton. **Psalmus 112.**



Laudate pue-ri Dominum: * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini bene*dic*tum, * ex hoc nunc, et usque *in* sæculum.

A solis ortu usque ad oc*ca*sum * laudabile no*men* Domini.

Excelsus super omnes gentes *Do*minus, * et super cœlos glori*a* ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis *ha*bitat, * et humilia respicit in cœlo et *in* terra?


Suscitans a terra *in*opem, * et de stercore erigens *pau*perem.

Ut collocet eum cum prin*ci*pibus, * cum principibus popu*li* sui.


Qui habitare facit sterilem in *do*mo, * matrem filiorum *lae*tantem.

Gloria Patri et *Fi*lio, * et Spiritu*i* sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et *sem*per, * et in sæcula sæcul*orum*. Amen.



Ant. **Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et us-que in**



sæculum.

℣. Kyrie eleison. ℟. Christe eleison. ℟. Kyrie eleison. Pater noster. Secreto


Interim incensum imponit, illud more solito benedicens: dein corpus aspergit et incensat, nihil dicens. Postea pergit:

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Me autem propter innocentiam suscepisti.
℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.


Omnipotens et mitissime Deus, qui omnibus parvulis, renatis fonte baptismatis, dum migrant a sæculo, sine ullis eorum meritis, vitam illico largiris æternum, sicut animæ hujus parvuli hodie credimus te fecisse: fac nos, quæsumus Domine, per intercessionem beatæ Mariæ semper Virginis, et omnium Sanctorum tuorum, heic purificatis tibi mentibus famulari, et in paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergitur funus aqua benedicta, et portatur ad sepulturam; interim cantat Sacerdos:



Ant. **Juvenes et virgines.**

IV. Ton. 1. Ausgang. **Psalmus 148.**



Laudate Dominum de cœlis: * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes *An*geli ejus: * laudate eum omnes *Vir*tutes ejus.

Laudate eum *sol* et luna: * laudate eum omnes *stel*læ et lumen.

Laudate eum cœ*li* cœlorum: * et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, lau*dent* nomen Domini.

Quia ipse dixit, et *fac*ta sunt: * ipse manda*vit* et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in *sae*culum sæculi: * præceptum posuit, et *non* præteribit.

Laudate Domi*num* de terra, * dracones, et *om*nes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus *pro*cellarum: * quæ faci*unt* verbum ejus.

Montes, et *om*nes colles: * ligna fructifera, *et* omnes cedri.

Bestiæ, et uni*ver*sa pecora: * serpentes, et *vo*lucres pennatæ.

Reges terræ, et *om*nes populi: * principes, et omnes *ju*dices terræ.


Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent *no*men Domini: * quia exaltatum est nomen *e*jus solius.

Confessio ejus super cœ*lum* et terram: * et exaltavit cornu *po*puli sui.


Hymnus omnibus *Sanc*tis ejus: * filiis Israel, populo appro*pin*quanti sibi.

Gloria *Pa*tri et Filio, * et Spi*ri*tui sancto.

Sicut erat in principio, et *nunc,* et semper, * et in sæcula sæ*cu*lorum. Amen.



Ant. Juvenes et virgines, senes cum juni-oribus laudent nomen



Domini.

Postea sepulchrum aspergit aqua benedicta atque thurificat, dicens:

Sanctificetur sepulchrum istud in Nomine Patris †, et Filii, et Spiritus sancti. ℟. Amen.

Gesegnet sey dieses Grab im Namen des Vaters †, des Sohnes, und des heiligen Geistes. ℟. Amen.

Cum parvuli funus in sepulchro ponitur, dicit:

Sume terra, quod tuum est, sumat Deus, quod suum est; corpus de terra formatum est, spiritus desursum inspiratus est. (Et statim illud aspergit aqua benedicta et thurificat. — Dein pala ter superinjiciat terram, dicendo:) **Memento homo, quia pulvis es, et in pulverem reverteris.**

Gedenk o Mensch, daß du Staub bist, und wieder zum Staube zurückkehren wirst.

Jam dum sepelitur, Sacerdos cantat:

Canticum trium puerorum.

VII. Ton. 1. Ausgang. ***Dan.* 3.**



Ant. **Benedi - cite omnia o-pera Domini Domino: * laudate et**



superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli *Do*mini Domino: * benedicite *coe*li Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super *coe*los sunt, Domino: * benedicite omnes virtutes *Do*mini Domino.

Benedicite sol et *lu*na Domino: * benedicite omnes stellæ *coe*li Domino.

Benedicite omnes imber *et* ros Domino: * benedicite omnes spiritus *De*i Domino.

Benedicite ignis et *aes*tus Domino: * benedicite frigus et *aes*tus Domino.

Benedicite rores et pru*i*na Domino: * benedicite gelu et *fri*gus Domino.

Benedicite glacies et *ni*ves Domino: * benedicite noctes et *di*es Domino.

Benedicite lux et *te*nebræ Domino: * benedicite fulgura et *nu*bes Domino.

Benedicat *ter*ra Dominum: * laudet et superexaltet *eum* in sæcula.

Benedicite montes et *col*les Domino: * benedicite universa germinantia in *ter*ra Domino.

Benedicite *fon*tes Domino: * benedicite maria et *flu*mina Domino.

Benedicite cete, et omnia, quæ moventur in *a*quis, Domino: * benedicite omnes volucres *coe*li Domino.

Benedicite omnes bestiæ, et *pe*cora Domino: * benedicite filii *ho*minum Domino.

Benedicat Isra*el* Dominum: * laudet et superexaltet *eum* in sæcula.


Benedicite sacerdotes *Do*mini Domino: * benedicite servi *Do*mini Domino.

Benedicite spiritus et animæ jus*to*rum Domino: * benedicite sancti et humiles *cor*de Domino.


Benedicite Anania, Azaria, *Mi*sael Domino: * laudate et superexaltate *eum* in sæcula.

Benedicamus Patrem, et Filium cum *sanc*to Spiritu: laudemus et superexaltemus *eum* in sæcula.

Benedictus es Domine in firma*men*to cœli: * et laudabilis, et gloriosus, et superexalta*tus* in sæcula.



Benedi - cite Dominum omnes electi ejus, agite dies læti-



tiæ et confite - mini il-li.

℣. **Kyrie eleison.** ℟. **Christe eleison.** ℣. **Kyrie eleison. Pater noster,** etc. Secreto.

℣. **Et ne nos inducas in tentationem.**

℟. **Sed libera nos a malo.**

℣. **Sinite parvulos venire ad me.**

℟. **Talium est enim regnum cœlorum.**

℣. **Dominus vobiscum.**

℟. **Et cum spiritu tuo.**

O r e m u s.

Omnipotens, sempiterne Deus, sanctæ puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad cœlorum regnum misericorditer vocare dignatus es: digneris etiam, Domine, ita nobiscum misericorditer agere, ut meritis tuæ sanctissimæ Passionis, et intercessione beatæ Mariæ semper Virginis, et omnium Sanctorum tuorum in eodem regno nos, cum omnibus sanctis et electis tuis, semper facias congaudere.

Deus, in cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis et famulabus tuis omnibus, heic et ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur.

Per Christum Dominum nostrum.

℟. **Amen.**

℣. **Requiescant in pace.**

℟. **Amen.**

Deinde cruce lignea signat sepulchrum dicens:
Signum Salvatoris Domini nostri Jesu Christi sit signatum super te, qui in hac imagine ✝ redemit te. Pax tecum.

Aspergat sepulchrum, et exhortetur populum hac aut simili forma:


Andächtige in Christo dem Herrn!


Durch die unendlichen Verdienste unsers Heilands Jesus Christus wurde dieses Kind in der heiligen Taufe ein Tempel Gottes und noch nicht entweiht durch Sünden, ging es in seiner Unschuld voran in die

Wohnungen des Himmels, wo die Engel der Kleinen fortwährend schauen das Angesicht des himmlischen Vaters. O wenn doch Keiner aus uns jenes reine Gewand der Unschuld, welches er in der hl. Taufe empfangen hat, durch irgend eine Sünde befleckt hätte! Allein, wer kann sagen, daß er nie gesündigt habe? Darum lasset uns wahre Buße wirken, damit wir, rein gewaschen im Blute des Lammes, ein unschuldiges Leben führen in Heiligkeit und Gerechtigkeit, und nach vollbrachtem Tagewerk Gnade finden, und mit den Unschuldigen und mit allen Heiligen Gott in ewiger Freude schauen dürfen. Daß uns Gott diese Gnade, und allen in Gott hingeschiedenen Verwandten dieses Kindes, dessen Leib wir in den Schooß der Erde gelegt haben, so wie allen, deren Leiber hier begraben liegen, eine fröhliche Auferstehung verleihen wolle, lasset uns andächtig bethen das Gebet des Herrn und den englischen Gruß.

Quibus finitis redeat ad Ecclesiam et Missam votivam de Angelis (nisi festum duplex occurat, ubi Missa de festo dicatur) pro defunctis parvuli cognatis celebret.

Ubi propter longitudinem vel difficultatem viarum vel ex alia rationabili causa moris non est, funus e domo defuncti ad fores usque Cœmeterii comitante Clero deferendi, Sacerdos ad fores cœmeterii vel in loco, in quo collocaverunt funes, observet et dicat, quæ supra præscripta sunt.





ASPERSIO POPULI CUM AQUA BENEDICTA.

Asperges.

Singulis diebus Dominicis a festo Ss. Trinitatis usque ad festum Paschæ ad aspersionem populi cum aqua benedicta cantatur:

As-per-ges me Do-mine hyssopo, et mundabor:

la-va-bis me, et super nivem de - al-babor.

Mi-se-rere me-i De-us se-cundum magnam mise-ri-

cor-diam tu-am. Glo - rí-a patri, et fi-li-o et Spiri-

tu-i sancto. Si - cut erat in principi-o, et nunc et semper,

et in sæcula sæ-cu-lorum A-men. *Rep:* **Asper-ges me** etc.


In Dominicis Passionis et Palmarum non dicitur **Gloria Patri:** sed post versum Psalmi **Miserere,** repetitur immediate Antiphona, **Asperges me etc.**

Vidi Aquam.

A Dominica Paschæ usque ad Pentecosten inclusive cantatur sequens Antiphona:
























Preces in Ossuario dicendae.


Ant. Si i-niquitates.

VII. Ton. 1. Ausgang. **Psalmus 129.**





Fiant aures tuæ *in*tendentes, * in vocem deprecati*o*nis meæ.

Si iniquitates obser*va*veris Domine: * Domine quis *sus*tinebit?

Quia apud te propiti*a*tio est: * et propter legem tuam sustinu*i* te, Domine.


Sustinuit anima mea in *ver*bo ejus: * speravit anima me*a* in Domino.


A custodia matutina *us*que ad noctem * speret Isra*el* in Domino.

Quia apud Dominum mi*se*ricordia * et copiosa apud e*um* redemptio.

Et ipse *re*dimet Israel * ex omnibus iniqui*ta*tibus ejus.

Requiem æternam dona *eis* Domine: * et lux perpetua *lu*ceat eis.





℣. Kyrie eleison. ℟. Christe eleison.

℣. Kyrie eleison. Pater noster. Secreto.

℣. **Et ne nos inducas in tentationem.**
℟. **Sed libera nos a malo.**
℣. **A porta inferi.**
℟. **Erue Domine animas eorum.**
℣. **Requiescant in pace.** ℟. **Amen.**
℣. **Domine exaudi orationem meam.**
℟. **Et clamor meus ad te veniat.**
℣. **Dominus vobiscum.** ℟. **Et cum spiritu tuo.**

Oremus.

Fidelium Deus, omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. ℟. **Amen.**

℣. **Requiem æternam dona eis Domine.**
℟. **Et lux perpetua luceat eis.**
Requiescant in pace. ℟. **Amen.**


Cum ad Altare pervenerit, dicit sacerdos:

℣. **Ostende nobis Domine misericordiam tuam.** Tempore paschali additur: **Alleluja.**
℟. **Et salutare tuam da nobis (Alleluja.)**
℣. **Domine exaudi orationem meam,**
℟. **Et clamor meus ad te veniat.**
℣. **Dominus vobiscum.** ℟. **Et cum spiritu tuo.**

Oremus.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens æterne Deus! et mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum.
℟. **Amen.**

Tenebrae.














℣. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.
℟. Propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui de cœlis ad terram de sinu Patris descendisti, et sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti: te humiliter deprecamur, ut in die judicii ad dexteram tuam audire mereamur: venite benedicti. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.
℟. Amen.

INHALTS-VERZEICHNISS.